



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

6¹,-97 DA Box

LN 1003
ex.1
M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

IN HISTORIAM

PASSIONIS ET SEPULTURÆ DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI CONciones quatuordecim: ex veterum & Recentium monumentis decerptæ & collectæ

per

ANDREAM MICHAELIum, verbi Divini apud Coldingenſes miniſtrum.

THOMAS PORCATIVS.

Pro ſervis Dominus moritur, pro ſontibus in- (ſons,
Pro ægroto medicus, pro grege paſtor obit.
Pro populo Rex mactatur, pro milite Ductor,
Proq; opere ipſe Opifex, proq; homine ipſe Deus.
Quid ſervus, ſons, ægrotus, quid grex populuſq;
Quid miles, quid opus, quidve homo ſolvet? Amet.

1761

SLESVIGAE,

PER NICOLAVM VVEGENER, 1599.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

JOANNES LUDOVI-
cus vives.

ADmirabilem cerno ſpeciem amoris. Caput inclinat tua celſitudo, ut nos exaudiri & poſsimus & ſperemus: porrigis oſculum ad pacem, & reconciliationem, quam tu offenſus, læſuſq; nobis offers ultrò, qui fecimus injuriã: expandis ad complexum brachia: oſtendis perforatas manus, ut omnia dilargiaris, nihil retineas. Apertum eſt latus cordis tui, ut illuc nos recipias, ſi velimus per oſtium patens ingredi: fixos habes pedes, ut ſciamus nunquã te à nobis receſſurum, ſi ipſi non receſſerimus. O pater noſter, & Domine, vides duritiam noſtri cordis, nedum lentitatem. Non ſatis eſt nos tam blandè, tam dulciter, tam amicè allici, atq; invitari; trahe, rape nos, finge novum cor, & obſequens: nam hoc noſtrum lapideum eſt, nullas ſentit blanditias, nulla ingentium bonorum ſpe movetur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

GENEROSO ET NOBILI viro, doctrina, ſapientia & verâ virtute præſtanti, *SIGVARDO GRVBBE*, *Domino de HOFFDAL*, *Sereniſſimi Daniæ & Norvegiæ Regis Secretario ſummo: Domino & Mecœnati ſuo, perpetuâ obſervantiâ colendo:*

Gratiam & pacem à Deo patre per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum precatur:

ANDREAS MICHAELIVS COLDINGENSIS.

QVamvis, Apoſtolo atteſtante, Rom. 15. & 2. ad Tim. 3. omnis ſcriptura, divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, admonendum & conſolandum: ideoq; ut Baſilij verbis utar, literis mandata eſt, à ſpiritu, ut tanquam ex communi penu unuſquiſq; remedia ſuis morbis accommodata depromere poßit: tamen, ſi rem paulò altius repetamus, hiſtoriam paßionis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſacratißimam, & doctrinarum ubertate, & admonitionum ſaluberrimarum gravitate, & conſolationum ſuavitate, inter omnes ſacræ ſcripturæ hiſtorias, principem ſuo jure obtinere locum, planum & perſpicuum fiet; utpote ad quam deguſtandam, imbibendam, totiuſq; vitæ curriculo meditandam & exprimendam, omnes, qui ſalutis æternæ cura tanguntur, & ad gloriam nunquam morituram uitun-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

mituntur, excitari & incendi oporteat. Atq; ut initium ab iis, quæ ad docendum apta & idonea videntur, ſumamus, mortem & paßionem Ieſu Chriſti doctrinarum copia omnibus ſacræ ſcripturæ hiſtoriis antecellere, perſpicuum faciemus. Quicquid enim uſquam in Moſe & Prophetis memoriæ proditum eſt, id ad Paſſionis D. N. I. C. hiſtoriam cognoſcendam, intelligendam ejuſq; ſalutarem uſum demonſtrandum, ducere & trahere, manifeſtum eſt. Intueamur primùm promißionem primis factam parentibus, Gen. 3. v, 15. de ſemine mulieris caput ſerpentis contrituro: Et Patriarchis Abraham, Iſaaco, Iacobo, eorumq; poſteris repetitam & iuculcatam, & haſce omnes promiſſiones nil aliud velle, quàm Meßiam ſua devicturum morte ſerpentem illum antiquum, compertum habebimus. Ad hoc enim patefactus eſt filius Dei, ut diſſolvat opera diaboli, 1. Iohan. 3. v. 8. Deinde altiori mente revolvamus, quorſum omnia ſacrificia, ab Abele uſq; ad Chriſtum in crucis ara oblatum, ſpectarint, & iis hoc verum ſacrificium, a Chriſto Ieſu in corpore ſuo factum, fuiſſe adumbratum, apparebit, uti epiſtola, quæ Hebræis inſcripta eſt, quam luculentißimè & evidentißimè teſtatum facit. Et Auguſtinus lib. 10. de civitate Dei, cap. 20. Hujus veri, inquit, ſacrificij multiplicia variaq; ſigna erant ſacrificia priſca ſanctorum, cum hoc unum per multa figuraretur, tanquam

verbis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

verbis multis res una diceretur, ut ſine faſtidio multum commendaretur. Conſideremus præterea miracula quamplurima apud Iſraelitas edita; & ijſdem mortem ac paßionem ſervatoris noſtri ſignificatam, planè intelligemus. Quid enim aliud agnus paſchalis, de quo Exod. 12. Eductio ex AEgypto, Exod. 13. Serpens æneus, Num. 21. Et Ioan. 3. v. 14. IONAE in alvo ceti commoratio triduana. Matth. 12. v. 39. præ ſe ferunt, quam Ieſum Chriſtum mortem pro recuperanda generis humani ſalute, obiturum? Vt de manna cœleſti, & aqua ex petra emanante, jam nullum verbum faciam, 1. Cor-10. v. 3. 4. Perluſtremus inſuper & revolvamus Prophetarum monumenta, & eos hoc in primis egiſſe, inq; unum iſtud collimaſſe, ut Chriſti mortem ejuſq; uſum & fructum repræſentent, notum erit. Vnde Chriſtus ipſe, Luc. 24. v. 26. Nonne, inquit, hæc oportuit pati Chriſtum & introire in gloriam ſuam, Et exorſus à Moſe & omnibus ſcripturis, quæ de ipſo ſcriptæ erant. Et Act. 10. v. 43. Huic omnes Prophetæ teſtimonium dant, remißionem peccatorum accepturum per nomen ejus omnem qui crediderit in eum. Apocal. 13. v. 8. Agnus Dei jam inde à jactis mundi fundamentis mactatus. Rectè proinde Cuſanus: Omnibus, inquit, ſeculis mactatio Meßiæ vigebat & vim ſuam exerebat, in ira Dei placanda, peccatis expiandis, conſcientiis purificandis, & diaboli mortiſq; po-

teſtate enervanda. Hujus unici ſacrificij ſuaviſſimum nidorem Deus perpetuo odoratus eſt, has flammas, hunc fumum gratiſſimum habuit. Totius deniq; novi teſtamenti cardo in eo verſatur, ut Chriſtum non ſolum pro noſtris, ſed & pro totius mundi peccatis mortem oppetiiſſe, demonſtret & convincat. Hinc Paulus 1. Cor. 2. v. 2 *Non decreveram quicquam ſcire inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, eumq; crucifixum.* Ut jam ſilentio prætercam ſacramenta Baptiſmi & cœnæ Dominicæ à ſervatore noſtro in hunc finem inſtituta eſſe, ut mortem ejus ob oculos ſtatuant, fidemq; noſtram obſignent & confirment, quod Ieſu ſanguis purget nos ab omni peccato, 1. Ioan. v. 7. Quis igitur, hiſce ponderatis; non ſtatim huic paſſionis D.N.I.C. hiſtoriæ doctrinarum ratione, palmam dandam & reſervandam, fateretur & agnoſceret?

Porrò quod ad admonitiones, in toto vitæ curſu omnibus iis, qui æternæ gloriæ deſiderio tenentur, neceſſarias, ſpectat, eas vix aliunde tanta commoditate, quam ex diligenti & ſeria paſſionis D. N. I. C. conſideratione & meditatione, afferri poſſe, perſpicuum eſſe ac inter omnes conſtare, arbitror. Nam ſi luce divini ſpiritus illuſtrati, ad hanc penitius inſpiciendam & perpendendam acriter animum intendamus, ex ea & monita conſiliaq; ſalubria, ad vitiorum ſemina extirpanda & eradicanda, haurire, & perfectiſſimum virtutum exemplum ad imitandum petere,

optimè

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

optimè poterimus. Vt n. experientia teſte, res quædam, in quibus aromatum ſpecies aliquot habentur, tactu quidem minus calidæ videntur, quæ tamen occulta virtute tanto calore præditæ ſunt, ut morbo aliquo laborantibus adhibitæ, majorem calorem ſuſcitent, quam quæ tactu ipſo calidiores apparent: Sic Dominicæ paſsionis myſterium, quod ſpecie quidem ipſa ad vitæ noſtræ inſtitutionem minus facere videtur, ſi fideliter memoria repetatur, & cauſæ ejus diligentius evolvantur & expendantur, illud plus ponderis ad vitiorum odium in mentibus noſtris excitandum, & virtutum amorem animis noſtris ingenerandum, habere, reipſa comperiemus, quam ſi ex profeſſo explicatè & ſingulatim de vitijs ipſis fugiendis, & virtutibus ſectandis, ſermonem inſtitueremus. Quis n. animo & mente repetens & revolvens D. N. I. C. acerbiſsimos in horto dolores, ſudorem ſanguineum, clamorem in cruce miſerandum aliaſq; miſerias & plagas ineffabiles, quibus propter aliena ſcelera ſe ultrò ſubjecit, ut genus humanum cum Deo reconciliaret & in gratiam reſtitueret; tam ferreus, qui non magis hiſce animum ſuum, ad ea peccata fugienda; propter quæ unigenitus Dei filius tantos dolores perpeſſus eſt, flecti & commoveri pateretur, quam alijs ullis incitamentis & adhortationibus?

Quis itidem ſeriò cogitans ſuis peccatis vulnera Ieſu Chri. refricari & dolores ejus augeri, non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ſtatim pudore ſuffuſus, vitæ malè anteactæ ra-
tiones deteſtandas & fugiendas, in animum in-
duceret? Rectè enim Bernhardus Chriſtum, tri-
ſtiſsimas edentem querelas, introducit: Nonne
ſatis propter te vulneratus ſum? Nunquid non
pro iniquitate tua afflictus ſum? Cur addis affli-
ctionem afflicto? Magis me aggravant vulnera
peccati tui, quam vulnera corporis mei. Quis
deniq; ab omni pietate tam averſus & alienus,
qui ſentiens ſeſe libidinum peccatorumq; ſuorum
licentia ſanguinem D. N. I. C. pretiociſsimum
pedibus conculcare, à turpiſsimo peccandi libi-
dine non abhorrere inciperet? Nam ſicuti qui
mercem magno pretio atq; labore comparatam,
floccifacit, ejus quoq; pretium vili pendit: Ita
qui animam ſuam, ſanguine Chriſti redemptam,
vitiis contaminat, ejus quoq; pretium, hoc eſt,
Chriſti mortem & ſanguinem pretioſiſsimum,
quantum quidem in ſe eſt, proterere & pro ni-
hilo habere, reputatur. Vbi itaq;, ut Origines
piè & graviter dixit, mors Chriſti animo cir-
cumfertur, non poteſt regnare peccatum. Eſt n.
tanta vis crucis Chriſti, ut ſi ante oculos pona-
tur, & in mente fideliter retineatur, ita ut in
ipſam mortem Chriſti intentis mentis oculis in-
ſpiciatur, nulla concupiſcentia, nulla libido, nul-
lus furor, nulla ſuperare poſsit invidia: ſed
continuò ad ejus præſentiam totus ille peccati &
carnis fugetur exercitus. Atq; ita mortem
Chriſti, ad vitia tollenda & reſecanda, plus
ponde-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ponderis afferre, quam alias ullas admonitiones, omnibus perſuaſum eſſe, confido. Nunc virtutum perfectiſsimum omnibusq; numeris abſolutiſsimum exemplum ex ſervatore noſtro commodiſsimè ſumi poſſe, planum faciemus. Nam & in vita D. N. I. C. innocentiſsima & in morte ejus acerbiſsima pulcherrimæ eximiæq; illæ virtutes, nempe obedientia, fides, ſpes invicta, patientia, humilitas, beneficentia, manſuetudo, clementia, miſericordia, veritas, temperantia, precandi ſtudium, perſeverantia ad extremum vitæ halitum &c. fulſerunt & eluxerunt, quas omnibus & ſingulis, qui gloriæ nunquam morituræ participes fieri cupiunt, non ſolum ad intuendum, ſed & ad imitandum reliquit. Vt igitur, ſi quæ virtutes in rege aut principe eminent & conſpiciuntur, eas totum regnum proſequi & imitari conatur: Sic noſtrum erit, qui Chriſtum regem profitemur, ad ejus exemplum vitam & mores, quantum quidem in hac tanta naturæ communis fragilitate fieri poteſt, conformare. Si enim, ut cum Claudiano mihi loqui liceat, Componitur orbis Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus Humanos edicta valent, quam vita regentis: Cur nos Chriſtiani non majori ſtudio & ardore ad Chriſti exemplum, qui eſt Rex regum & Dominus dominantium, quiq; ſeſe ſectantes æterna donat gloria, imitandum incenderemur? Epheſiorum legibus & inſtitutis cautum comparatumq; fuiſſe accepimus, ut quotidie

ſidie cives aliquem ex veteribus virum illuſtrem cujus virtutibus & rebus præclarè geſtis, ad honeſtatis amorem & ſtudium inflammarentur & excitarentur, ante oculos ſibi ponerent; Si illi eos, qui quandam virtutis imaginem & ſimulacrum præ ſe ferebant, imitandos duxerunt, cur nos non multò magis perfectiſsimum ſervatoris noſtri exemplum adumbrandum & exprimendum judicaremus? Nam, Bernhardo referente, homo qui virtutes ſibi vult comparare, fruſtra laborat, ſi eas alibi quærat, aut ab alio petat, quam à Domino virtutum, cujus doctrina eſt regula prudentiæ, cujus miſericordia eſt opus juſtitiæ, cujus vita eſt exemplum temperantiæ, cujus mors eſt vexillum patientiæ.

Ac nec fortè ullis machinis ab hoc pietatis & veræ virtutis curſu avocemur & retrahamur, Chriſtus ipſe non modo ſaluberrimum nobis dat conſilium, ſed & ſuo præit exemplo, ut videlicet vigilemus & oremus, ne tentationibus debilitati & fracti ſuccumbamus. Sicut n. antiquus hoſtis, dictante Gregorio, contra conſentientes fortis eſt, ita contra reſiſtentes debilis. Si n. ejus ſuggeſtionibus aſſenſus præbetur, quaſi leo nequaq̃ tolerari poteſt; Si autem reſiſtitur, quaſi formica atteritur. Sit igir. ut Cypriani verbis utar, militi Chriſtiano in manibus divina lectio, in ſenſibus Dominica cogitatio, oratio jugis omnino non ceſſet, ſalutaris operatio perſeveret, ut quoties inimicus acceſſerit, & clauſum adverſus ſe pectus in-

veni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

veniat & munitum. Tandem ut ad conſolationes conſiderandas, quibus paſſionem D.N.I.C. ſcatere & abundare dixi, animum adhibeamus, eam omnibus hiſtorijs tantopere hac quoq; in parte antecedere, in confeſſo eſt, ut in quo mentes noſtræ vel ſenſu iræ divinæ ob peccatorum atrocitatem proſtratæ, vel ab alias incidentes calamitates afflictæ, tutò acquieſcere poſſint, præterquam in morte & ſanguine D. N. I. C. nuſquam inveniant. Vnde Bernh. Et revera, inquit, ubi tuta firmaq; infirmis requies & ſecuritas niſi in vulneribus ſalvatoris? Tanto illic ſecurior habito, quanto potentior ad ſalvandum. Fremit mundus, premit corpus, diabolus inſidiatur: Non cado, quia fundatus ſum ſupra firmam petram. Peccavi peccatum grave, turbatur conſcientia, ſed non perturbabitur, quia vulnerum Domini recordabor. Et Gregor. Si paſſio, ait, Dni. ad memoriam revocetur, nihil adeò durum, qnod non æquo toleretur animo. Admiremur itaq; hanc Dei immenſam miſericordiam, cum Auguſt. exclamantes: O immenſa pietas, ô inæſtimabilis charitas, ut liberares ſervum, filium tradidiſti: Deus factus eſt homo, ut perditus homo de poteſtate Satanæ erueretur. O charitas & pietas, quis audivit talia? Quis ſuper tanta miſericordiæ viſcera non obſtupeſcat? Quis non miretur? Quis non collætetur propter nimiam charitatem tuam, qua nos dilexiſti? Miſiſti filium tuum in ſimilitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum, ut nos efficeremur juſtitia tua in ipſo. Hæc ille.

Quis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Quis igitur hiſce tantis vtilitatibus conſideratis animoq; luſtratis, inficias ire poterit, huic paſſionis D. N. I. C. hiſtoriæ primas deberi partes; mortemq; Chriſti librum eſſe doctrinis, admonitionibus & conſolationibus refertiſſimum, ad quem cognoſcendum, percipiendum & meditandum omnes, ſalutis & gloriæ æternæ appetentes, totis ferri viribus non deceat? De Alexandro Magno memoriæ traditum eſt, quod is, cum allatum eſſet ſcrinium, quo nihil in rebus & impedimentis Darij captis pretioſius repertum fuerat, & vltrò citroq; quæreretur in quemnam vſum deſtinandum eſſet, aliis aliud ſuadentibus, dixerit: Huic optimè ſervandus dabitur Homerus: exiſtimans illo nullum eſſe theſaurum pretioſiorem. Si ille tantopere delectatus fuit Homero, vt eum omnibus ſuis bonis anteferendum duxerit, idq; vt fortium & illuſtrium Heroum vitas, & in primis fortiſſimi Achillis heroica & fortia facta, intuens, rei militaris ſcientia & prudentia animum imbueret ſuum, atq; ex aliis ſibi exemplum ſumeret, quid faciendum, quid fugiendum eſſet; quid laudi daretur, quid vitio verteretur: Quantò magis nos ſervatoris noſtri hiſtoriam omnibus theſauris præferendam & in cordium noſtrorum ſcriniolis reſervandam duceremus? Alexander Homeri Iliadem rei militaris viaticum & putabat & nominabat, ſemperq; eam dormiturus ſub pulvino habebat: Quantò magis noſtra intereſſe putabimus, vt paſſionis

D. N.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

D. N. I. C. hiſtoria ſacratiſſima nobiſcum & peregrinetur & pernoctet, deq; ea domi militiæq;, cubantes & ſurgentes loquamur, eamq; aſſiduum perpetuumq; comitem & quaſi magiſtrum ac ducem in omnibus conſiliis & actionibus, nobis adjungamus? Nam hæc ſine fraude, conſilia prudenter & circumſpectè inter tot mundi hujus corruptelas, vitam traducendi, communicat, artemq; de immaniſſimo, antiquiſſimo & fraudibus ſtruendis intentiſſimo humani generis hoſte, victoriam reportandi, tradit; viam ad immortalem perveniendi gloriam demonſtrat; rationem ex omnibus calamitatibus emergendi, ante oculos ponit; animos quacunq; difficultate & moleſtia affectos, recreat & reficit; deniq; ſolida & firma conſolatione quemvis dolorem acceptum lenit & permulcet: adeò ut quantum lux tenebris, veritas mendacio, deniq; vita morti præſtat: tantum hæc paſſionis D. N. I. C. hiſtoria non ſolum Homero, ſed & reliquis omnibus, qui res extra Eccleſiam geſtas attigerunt literiſq; mandarunt, antecellere, non immeritò exiſtimetur.

Harum itaq; rerum conſideratione & admiratione adductus & permotus, haſce qualeſcunq; in ſacratiſsimam paſsionis & ſepulturæ D. N. I. C. hiſtoriam, meditationes ex doctiſſimorum virorum monumentis (quibus omnem utilitatis fructum, ſi quem forte benevolus lector ex noſtris laboribus capere poterit, acceptum referendum, libere fateor) tenui & craſſa Minerva, prout ingenioli mei vires patiebantur,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

tur, decerpere & delibare, aggreſſus ſum. Quarum poteſtatem amicis quibuſdam cum facerem, ut re ad profeſſores Hafnienſes, præceptores noſtros perpetua obſervantia colendos, delata, eorumqꝫ ſuffragio & conſenſu impetrato, eas divulgarem publiciqꝫ iuris facerem, auctores & ſuaſores mihi fuerunt. Et quamvis, ubi me proprio modulo ac pede metior, me tali ingenii acumine præditum haud comperiam, ut quicquam vel laude dignum, vel ſingularem eruditionem quod ſapiat, mente aut cogitationibus aſſequi queam: tamen, cognita & perſpecta doctiſsimorum aliquot virorum voluntate & conſilio, aleam hanc ſubeundam iudicavi: Paucorum recte iudicantium voluntatem & ſententiam perverſo multorum malevolorum & ſiniſtre omnia interpretantium iudicio longe anteferendam exiſtimans. Vnuſquiſqꝫ enim, ut a Hieronymo memoriæ proditum eſt, offert ad tabernaculum Domini qnod poteſt, alius aurum, argentum, gemmas, alius pelles, aut pilos caprarum: Omnibus his opus habet Dominus, & placet voluntas æqualiter eorum, qui inæqualiter offerunt.

Cogitanti porro mihi cuiuſnam potiſsimum nomini haſce meas, in ſacratiſsimam hiſtoriam paſsionis D. N. I. C. meditationes inſcriberem, quemqꝫ laborum meorum patronum deligerem, tua humanitas in primis occurrebat, cui eas dicare & deberem & vellem. Debui enim, ut vel hoc officii genere beneficiorum memoriam, quibus T. H. non modo meipſum, ſed & alios multos, qui politioris literaturæ ſtudiis addicti ſunt, cumulatiſsime proſequuta eſt, in animo & medullis meis fixam hærere, meqꝫ ad gratæ mentis ſignificationem declarandam, paratiſsimum eſſe, oſtenderem. Volui autem cum quia certo mihi conſtat T. H. bonarum litera-

rum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

rum & religionis amore duci, ſerioq; hiſce ſtudiis, quibus non modo doctiores, ſed & meliores reddimur, delectari, tum maxime quia ſpes animum ſubibat, libellum hunc tum minus obnoxium Sycophantarum morſibus futurum, ſi ſub tuæ humanitatis nomine appareat/tuaq; auctoritate tectus& munitus in lucem proferatur. Vt igitur munuſculum hoc chartaceum / mei quidem ratione valde exiguum, utpote a quo nil perfectum ingenio, aut elaboratum induſtria proficiſci queat/ at eius/ de quo in hoc libello agitur, D. N. I. C. puta, longe maximum, fronte ſerena & vultu læto T. H. accipere / ſuæq; benevolentiæ patrocinio tutari, & me in clientum ſuorum numero in poſterum habere dignetur, demiſſe rogo. *Quod ſi T. H fecerit, eam n. hoc, pro innata ſua erga Muſas benevolentia, facturam eſſe mihi plane perſuaſum habeo, me laborum meorum haud exiguum demeſſuiſſe & percepiſſe fructum, judicabo. Quod reliquum eſt, D. N. I. C. Regem regum & Dn. dominantium, ardentibus precor votis, ut te diu ſalvum & florentem conſervet, ſuoq; ſancto ſpiritu regat & gubernet, ut ea quæ DEO grata, REGI & regno ſalutaria, tibiipſi & nobiliſſimæ familiæ, ex qua oriundus, laudi & emolumento eſſe poterunt, ſapere, dicere & facere, ſtrenue pergas, Amen. Vale in Chriſto Ieſu, & me tibi commmendatum habe.*

Coldingâ 20. Septemb. Anno
D. N. I. C.
1599.

D. AN.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

CONCIO PRIMA DE PIO ET SALVTARI PASSIONIS DOMINI noſtri Ieſu Chriſti vſu.

1. *Pet.* 2. *v.* 21. *&c.*

CHRISTVS paſſus eſt pro vobis, relinquens vobis exemplum &c.

PERicles, Athenienſium dux & orator facundiſsimus, ad conciones in conſeſſu & frequentia populi habendas, nunquam prodire conſuevit, referente Plutarcho, quin prius ad Deos preces conciperet, ne quod verbum ſibi per imprudentiam excideret, quod rei argumento ſuſceptæ minus conveniret: teſtatum hac re apud animos omnium relinquens, neminem, abſq; ſupremi numinis metu & invocatione, de rebus ad Remp. ſpectantibus verba facere, orationemve inſtituere debere; ne quid, quod divinum numen offendere, & ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

iram provocare, aut pacem publi-
cam turbare poſsit, in medium
proferatur. Si de rebus ad Remp.
pertinentibus, homo Ethnicus &
vera Dei cognitione non imbu-
tus, ſermonem inſtituturus, tantâ
animi religione rem civilem ſuſci-
piendam & aggrediendam duxe-
rit: multò magis nos jamjam con-
cionem habituros, de re maximi
momenti, nempe de paſsione Do-
mini noſtri JEſu Chriſti, in cujus
pia & ſalutari cognitione & ac-
commodatione ſalus æterna ſita
eſt, initium orationis à votis &
precationibus facere oportet. De-
um itaque Opt. Max. ardentibus
precamur votis mentem & corda
noſtra ſpiritu ſapientiæ & intelli-
gentiæ illuſtrare, labiaq; & aures
noſtras aperire dignetur, ut genui-
num & verum Hiſtoriæ paſsionis
D. N. I. C. jam enarrandæ & de-
clarandæ ſenſum uſumq; percipia-
mus & aſſequamur; omniq; noſtrâ
fiduciâ in JESV meritum colloca-
tâ,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

tâ, ipſum cum Patre & Spiritu ſancto ritè colere & honore debito proſequi diſcamus: tandemq; exacto & abſoluto vitæ hujus ærumnoſæ curriculo, cum eodem D.N. I.C. redemptore unico omnibuſq; electis, cœleſti cumulemur ac compleamur gaudio; Amen.

Ex Majorum verò inſtituto & more omni laude digniſsimo, tempore hoc Quadrageſimali, ut vocant, enarrationem paſsionis D.N. I.C. ſuſcepturis & aggreſsuris, tractationis hujus cardinem in eo verti, abſit perſuaſum nobis habeamus, ut hiſce tantùm diebus, huic Hiſtoriæ enarrandæ & tractandæ dicatis & conſecratis, ejus mentionem crebrò faciendam, aut magno ardore & alacritate (quod tamen ab omnibus æternam ſitientibus ſalutem requiritur) eam audiendam imbibendam & cognoſcendam ducamus: (Quis enim vel toto vitæ curriculo hoc tantum ſalutis Myſteri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ſterium pro dignitate, non dicam
enarrare & tractare, ſed admirari
ſatis poterit?) Abſit, inquam, ut
cardinem hujus hiſtoriæ in hiſce
poſitum ſtatuamus, ut ejus tantùm
crebrò mentionem faciamus, aut
lachrymis lamentiſq; aliove huma-
nitatis quodam ſenſu, juſtiſsimum
Dei filium, tam atrocibus & indi-
gnis multatum pœnis, & crucis
morte affectum, proſequamur; aut
etiam Pilato & Iudæ malè prece-
mur, reliquoſq; qui in mortem in-
nocentiſsimi Chriſti conſpirarunt,
execremur: Sed paſsionis Ieſu my-
ſterium altius in mentes & corda
penetrare debet, eaq; divina adju-
vante gratia, ad pœnitentiam, ſub
cruce tolerantiam, gratitudinem &
amorem mutuum flectere & com-
movere debet; nempe: 1. Ut, ju-
ſtiſsimo Dei judicio adverſus pec-
cata, ex miſerijs & anguſtijs acer-
biſsimis, in quas ſalvator noſter
immerſus fuit, cognitio, vitæ ma-
lè anteactæ rationes ſeriâ pœniten-

tiâ,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

tiâ, toto vitæ tempore, quod nobis eſt reliquũ deteſtari incipiamus: 2. Deinde, miſericordiæ & bonitatis Dei profunditate & abyſſo, quâ motus, pro inimicis redimendis ac reſtituendis, filium unigenitum, morti objecerit ignominioſiſsimæ, perſpectâ, animum non deſpondeamus: ſed mediatoris fiduciâ nos fulciamus, eum noſtram luiſſe pœnam, ut nos Patri cœleſti reconciliaret ac in gratiam reſtitueret, certò ſtatuentes: 3. Tum ut in tota vita gratam redemptori mentem declaremus, ac pro ejus gloria tutanda & propaganda ad omnis generis calamitates ſubeundas & ferendas paratos nos oſtendamus: 4. Tandemq; per fidem in Chriſtũ Ieſum, exantlatis multis hujus calamitoſæ vitæ ærumnis & anguſtijs, cum Chriſto, redemptore noſtro, æternâ gloriâ cum eodem læti fruamur.

Ut igitur ſcopum iſtum, ad

quem omnibus, ad æternam ac nunquam morituram gloriam aſpirantibus & contendentibus, collimandum eſſe conſtat, attingere, Chriſto duce, queamus; quædam quæſtiones, quæ haud parum lucis inſtituto afferre noſtro videbuntur, & ad quas tota hujus Hiſtoriæ tractatio & explicatio dirigi & referri poſsit, pro hac concione tractandæ & enucleandæ ſunt, videlicet.

1. In quibus ſalutaris & pia paſsionis Chriſti meditatio ſita eſt?

2. Quæ ſunt partes hiſtoriæ hujus principales?

DE PRIORI QVÆſtione.

In quibus vera paſsionis D. N. I. C. meditatio conſiſtit?

VT piè & dignè paſsionis hiſtoriam cognoſcere atque tractare queamus, duo requiruntur: 1. Nuda hiſtoriæ cognitio, quæ impijs cum electis communis eſſe poteſt. 2. Spiritualis noticia & ejuſdem ad

nos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

nos applicatio; quæ fit ſola fide in Chriſtum Jeſum. De utraq; cognitione ſic breviter accipiatis.

De prima. Quod ad hiſtoriæ ipſius nudam & ſimplicem attinet noticiam; ſciendum eſt eam quidem omnibus ſalvandis apprimè eſſe neceſſariam; & tamen ſolam ad æternam conſequendam ſalutem, non eſſe ſufficientem. Neceſſariam eſſe eam hac convincitur ratione. Quomodo enim paſſionem D. N. I. C. ſibi quis applicare poterit, niſi ejus fuerit imbutus & præditus cognitione? Vnde ad Rom. 10. v. 14. Quomodo invocabunt eum, in quem non crediderint? Quomodo autem credent ei, de quo non audierint? Quomodo ergo audient abſq; prædicante? Hanc hiſtoriæ cognitionem Abrahamum deguſtaſſe, Chriſtus ipſe Joan. 8. v. 56. teſtatum facit. Abraham pater veſter geſtivit, ut videret diem iſtum, & vidit ac gaviſus

 eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

eſt. Ex Pſal. 22. & alibi, Davidem ita de paſsione loquentem audire licet, ac ſi coràm omnia audiviſſet, & cruci aſsiſtens, ex ore JESV ſingula excepiſſet. Hoc idem de Eſaia dicere fas eſt. Breviter enim & dilucidè paſsionis hiſtoriam capite 53. perſtringit.

Ad ſalutem autem non ſufficere hiſtoricam hanc cognitionem, duplici argumento confirmari poteſt, dictis nempe & exemplis. Dictum extat Jacobi 2. v. 19. Dæmonia credunt & exhorreſcunt. Quo in loco verbum (credunt) pro ſimplici & nuda noticia uſurpatur. Ut enim ſolus aſpectus non evehit in cœlum: ita nuda illa paſsionis cognitio nos Deo non conjungit, niſi ſpiritualis illa quoq; meditatio (cujuſmodi in Abrahamo, Davide, Eſaia elucebat) accedat. Exempla ex paſsionis hiſtoria paſsim decerpi poſſunt. Quis enim inficias ire poterit, Phariſæos eorumq; ſervos; item Judam, Pilatum, Herodem,

reli-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

reliquoſq; quamplurimos, hiſtoriæ, cujus illi præſides & actores fuerũt cognitione inſtructos fuiſſe? Et tamen illi quatenus fide caruerunt, ſalute exciderunt: imò melius fuiſſet eos tali nunquam imbutos fuiſſe noticia. Quia igitur aliâ ſublimiori, quàm hac videlicet nuda hiſtoriæ cognitione, ad ſalutem conſequendam, mentes noſtras delibutas eſſe oportet; de ea ut nunc deinceps inquiramus, permagni refert.

De ſecunda. Ut autem commodius, quæ de ſalutari & pia paſsionis meditatione dicenda ſunt, in noſtrum transferre uſum queamus, hæ quæſtiones diligenter perpendendæ ſunt.

1. Quæ nam perſona in divinitate paſſa?
2. Quid paſſus Chriſtus?
3. Cur paſſus?
4. Quis mortis Chriſti effectus?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

5. Quid requirit mediator noſter à nobis?

1. Quænam perſona paſſa? Chriſtus, inquit Pet. 1. cap. 2. paſſus eſt, Dei ſcilicet & Mariæ filius: Deo quidem divinitate, nobis autē humanitate conjunctus. Utrumque ſcripturæ teſtimonijs & Patrū conſenſu defendi & probari poteſt. Joan. 1. pro hac ſententia argumenta certa, firma & immota proferuntur. Matth. 16. v. 16. Petrus dixit: Tu es Chriſtus ille filius Dei viventis. Ad Galat. 4. v. 4. & humanitas & divinitas Chriſti aſſeritur. At poſtquam plenitudo temporis venit emiſit Deus Filium ſuum factum ex muliere. E veteri teſtamento requiris teſtimonia? Ecce in promptu ſunt apud Eſai. cap. 7. v. 14. item capite 9. v. 6. & alibi. Damaſceni illud huc afferre placet: Duæ fuerunt Chriſti nativitates, una ex Patre ante ſecula, quæ eſt ſupra rationem humanam & tempus & naturam; (de qua Io-

an. 1.

an.1.v.1.) Altera ex virgine, quæ in ultimis temporibus propter nos quidem & ſecundum nos eſt: (ex ſemine enim Mariæ natus eſt Chriſtus) ſed tamen ſupra nos eſt, quia incomprehenſibili nobis modo ex Spiritu Sancto conceptus. Myſterium autem hoc unionis hypoſtaticæ & incarnationis Filij Dei unigeniti potius adoremus, quàm anxiè ſcrutemur, oportet. Tantum enim eſt, ut nemo mente vel intellectu illud aſſequi, nedum lingua efferre poſsit: Imo vel Angelis pluſquam admirandum 1. ad Tim. 3. v. 16. quod æternus Dei Filius ſervi formam aſſumere & morti ignominioſiſsimæ ſeſe ultrò objicere voluerit, Philip. 2. v. 7. & 8.

Hic duæ quæſtiones coincidũt. Prima; Cur oportuit hanc perſonam, mediatorem noſtrum, eſſe Deum & hominem? Si nudus homo fuiſſet, juſticiæ Dei ſatisfacere non potuiſſet, & ita imperfecta mi-

nimeq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

nimeq; ſufficiens noſtra fuiſſet redemptio: Si Deus tantum, pati non potuiſſet. Paſſus enim eſt ſecundum id quod pati poterat 1. Pet. 4. v. 1. Et Irenæus rectè divinam quieviſſe naturã aſſerit, dum pateretur humana. Propter duarum autem in Chriſto naturarum unionem, tamen Deum pro peccatis humani generis paſſum & crucifixum rectè dicimus. Leo Romanus inquit: Tanta eſt unio Dei & hominis, ut nec ſupplicio poſsit dirimi, nec morte disjungi. Hinc ſumma conſolatio haurienda. Quia enim mediator noſter Deus; ideo à morte & inferno eripere poteſt: Quia homo, os de oſsibus noſtris & caro de carne noſtra; ideo noſtra afficitur miſeriâ. Heb. 4. v. 15. Non enim habemus pontificem, qui non poſsit affici ſenſu infirmitatum noſtrarum: Sed tentatum in omnibus ſimiliter, abſq; peccato. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ, ut conſequamur miſe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

miſericordiam, & gratiam inveniamus, ad oportunum auxilium.

Secunda quæſtio: Cur Deus per filij mortem, & non per alia media, opus redemptionis perfecit? Hoc ideo placuiſſe Deo affirmare pro certo non veremur; quod hac ratione animum erga nos ſuũ evidentiſsimè & perfectiſsimè declarari poſſe videret: & exemplum ſanctiſsimè vitam traducendi, hominibus ad imitandum proponi judicaret. Prior ratio, ut conſolationem affert uberrimam: ita altera de imitando Chriſto, admonitionem continet valde neceſſariam. Huc & tertia accedit cauſa, de qua ita Auguſtinus: Pertinebat, inquit, ad juſticiam divinam, ut per eandem creaturam rationalem ſuperaretur diabolus, quam ſe ſuperaſſe gloriabatur. Itaq; genus humanum Chriſtus aſſumpſit, non autem crimen humanum. Atqui hoc breviter ſit dictum de patientis perſona.

2. Quid

2. Quid paſſus Chriſtus? Ut corpore & anima in Deum peccavimus; ita Chriſtum utroq; pati oportuit. Quantos autē & quàm acerbos in corpore ſuſtinuerit Chriſtus dolores, idq; non modo in ipſa mortis actione, ſed & in toto illo vitæ curſu, quo ei in hac lachrymarum valle exulare contigit, ex hiſtoria Euangelica patebit. Prima enim paſsionis initia ab ijs, quæ jam Chriſto incarnato & in lucem edito illata ſunt, ſumenda & ducenda, manifeſtum eſt. Huc itaq; non modo proditio, illuſio, ignominia, flagella, corona ſpinea, crux ipſa: Sed & paupertatis onus, fuga in Ægyptum & reliquæ in tota vita perſecutiones, referri debent. De animæ porrò paſsionibus ſcriptura paſsim mentionem facit. Pſal. 116. v. 3. Circumdederant me dolores mortis & anguſtiæ inferni invenerant me: anguſtiam & dolorem inveneram. Pſal. 22. v. 1. Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti

me?

me? &c. In horto triſtiſsimam ipſe Chriſtus edidit vocem: Triſtis eſt anima mea ad mortem.

3. Cur paſſus eſt Chriſtus? Eſai. 53. v. 4. verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit. Ioan. 1. v. 29. Ecce agnus ille Dei qui tollit peccatum mundi. 1. Pet. 2. v. 24. Qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo. Noſtra itaque peccata Chriſtum contumeliâ affecerunt, in crucem egerunt, & in ipſas ſepulchri cavernas detruſerunt. Nos igitur ipſos accuſemus potius, quàm judæos, ſeriò pœnitentiæ ſenſu animum & cor tangi patientes, ne peccatorum illecebris decepti tandem in æternum pereamus.

Ex hiſce quæ jam dicta ſunt, Dei juſtitia & miſericordia; & JESV amor erga genus humanum luce meridiana clarius elucent. De juſtitia quidem Dei, in peccatis plectendis, multa extant horrenda exempla,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

empla, qualia mundi totius deletio, excepto Noa & qui cum eo erant in arca, Gen. 7. v. 23. Sodomæ & Gomorrhæ conflagratio Gen. 19. v. 24. Choræ, Dathan & Abiron interitus, Num. 16. v. 32. 33. Hieroſolymæ deſolatio calamitoſa: ſed nullum horum cum hoc conferri poteſt, quod Deus non niſi morte Filij unigeniti pro peccatis alienis placari potuerit. Deum itaq; tam juſtum, tam ſeverum, qui eſt ignis conſumens, & cujus ira eſt palàm è cœlo adverſus omnem impietatem & injuſticiam hominum, Rom. 1. v. 18, peccatis noſtris ad iram laceſſere deſinamus; quod ubi in animum feriò induxerimus, ille etiam iram in nos effundere, pro ſua clementia, deſiſtet: Sin minus, de nobis tandem actum erit. Lento enim gradu ad vindictam ſui divina procedit ira tarditatemq; ſupplicij gravitate compenſat, ut valerij Max. verbis mihi uti liceat. Ut igitur Leo, animal ferociſsimum, ci-

cura-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

curatur & domatur, dum catulum virgis affici animadvertit: Ita multò magis nos omnem deponamus malitiam, cum non modo populum, multis nominibus Deo chariſſimum, pænâ multatum graviſsimâ ſatis compertum habeamus, eò quod pœnitentiam agere nollet: Sed & Filium Dei unigenitum mortẽ probroſam, propter aliena peccata, obiiſſe, videamus. An igitur copiam benignitatis ejus & tolerantię ac lenitatis contemnis, ignorans quod benignitas Dei ad reſipiſcentiam te allicit? Rom. 2. v. 4. 5. 6. Huc illud Bernhardi: Neceſſe eſt profunda fuiſſe noſtra vulnera, quæ non niſi vulneribus Filii Dei ſanari potuerint. Ergo deteſtemur peccata, poſtquam ab ijs juſtificati ſumus. Non enim ad peccata, ſed à peccatis nos redemit, ſibiq; vendicavit. 1. Pet. 1. v. 17. 18.

Rurſum nulla alia re magis Deus ſuam erga nos declaravit miſeri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

cordiam, quàm Filij ſui morte. Rom. 5. v. 8. Ioan. 3. v. 16. Nihil unquam charius, aut antiquius hominibus eſſe, quàm liberos, ex hiſtoriarum tam ſacrarum quàm prophanarum monumentis, accepimus: Cujus rei inprimis teſtes Jacob, ſuum deplorans Joſephum. Gen. 37. v. 34. 35. David acerbiſsimo luctu immorigerum illum Abſolonem proſequens. 2. Sam. 18. v. 33. Et, apud Herodotum, Pſammenitꝰ, qui redactus in Cambyſis poteſtatem, cum interrogaretur, cur filiâ visâ indignè affectâ, viſo etiam filio ad mortẽ eunte, neq; ejularit neq; fletus fuderit; pauperem autem ex ſuis convictoribꝰ ſibi ſangvine non conjunctum, tanti fecerit, ut, eo conſpecto, à lachrimis temperare non potuerit; reſpondiſſe fertur nuntio Cambyſis: Fili Cyri, domeſtica mala erant majora, quàm ut poſſem ea deflere. Cum itaq; Deus filium ex corde ab æterno genitum, ſponte in mortem tradiderit ignominio-

minio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

miniosiſsimam, etiam pro inimicis, cum Auguſtino dicamus: Mirentur, inquit, alij potentiam Dei immenſam; Ego autem mirabor miſericordiam Dei per filium promiſſam. Non igitur oportet nos cogitatione juſticiæ divinæ in deſperationis barathrum cum Caino, Saule, juda & alijs incidere; Sed erigamus nos fiducia miſericordiæ Dei, de qua Pſal. 103. v. 8. 9. 10. 11. 12. Rom. 5. v. 20. Galat. 3. v. 13. Gal. 4. v. 4. 5. 1. Cor. 1. v. 30. Quia igitur habemus Jeſum dilectionis & amoris Dei obſidem, qui, ut inquit Auguſtinus, multò plura quàm debebamus perſolvit; tantoq; plura, quanto guttulam exiguam pelagus immenſum excellit, Deus, pro ſumma ſua juſtitia, credentes in Chriſtum ad pœnam repetere non poteſt.

De amore porrò D. N. I. C. ardentiſsimo quo nos complexus eſt, quid referam? Nullus certè unquam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

procus tam flagranti amore ſibi ſponſam adjunxit: Nec ullus unquam tam diſparem, & ſuo conjugio indignam duxit, atqui Chriſtus Eccleſiam. Aliquem cernentes, qui amore mulieris, quæ facie illiberali, invenuſta, minimè jucunda omnibuſq; modis moleſta eſt, ardet, eum faſcinatum eſſe, mox conjecturam capimus: At Deus in Filio dilecto nos omnibus orbatos & deſtitutos virtutibus, & oneratos ac conſpurcatos vitijs, tanto proſequutus eſt amore, ut non modo, pro nobis à ſervitute Satanæ redimendis, Filium unigenitum dederit, ſed & in cohæredes ejus cooptarit, Quid ergo de ipſius erga nos charitate & dilectione dicemus? Rom. 5. v. 6. 7. Huc Ezechielis caput 16. referatur: Ubi Deus & ſua commemorat beneficia in Eccleſiam; & Eccleſiæ ſuam exprobrat extremam ingratitudinem: & ſimul pœnam ingratis minatur.

4. Quis mortis Chriſti effectus,

& qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

II.

& qui inde fructꝰ ad nos emanant? Adami lapſus nos omnes iræ Dei & legis maledictioni obnoxios reddidit; à Deo ſeparavit & ſejunxit; Diabolo aſſociavit & æternæ morti cum eo addixit. Quæ igitur primus Adam peccando amiſit, ea alterum Adamum obedientiâ ſuâ ad mortem uſq; reſtituiſſe, nunc planum faciemus.

1. JESVS Chriſtus nos Deo reconciliavit & in gratiam reſtituit. Matth. 3. v. 17. 1. Ioan. 2. v. 1.

2. Peccata noſtra in ſe tranſtulit. Eſa. 53. v. 5. Ioan. I. V. 29.

3. Maledictionem æternam ſuſtulit. Galat. 3. v. 13. Coll. 2. v. 14.

4. Mortem devicit & à mortis metu eripuit. Oſeæ 13. v. 14. 1. Cor. 15. v. 55. Chriſti igitur effectum eſt morte, ut mors nil aliud ſit fidelibus, quàm ad vitam æternam tranſitus, Ioan. 8. v. 51: nec amplius res ſit formidabilis, Heb. 2. v. 15. Sed intrepido animo du-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

cem noſtrum Chriſtum ſequi poſsimus, qui ſicut nõ perijt in morte, nõ patietur ſuos perire. Joan. 6. v. 39.

5. Opera diaboli diſſolvit. 1. Joh. 3. v. 8. Heb. 2. v. 14. Non igitur jam, ut inquit Baſilius, diabolum velut leonem timemus: ſed ut pellem conculcamus.

6. Ab æterna morte nos liberavit & eripuit, & vitam æternam nobis paravit. Joan. 3. v. 16. 1. Cor. 2. v. 9. Atqui tantùm de fructibus ex morte Chriſti ad nos dimanantibus.

V. Ultimò nunc, quid ſponſus & redemptor noſter, pro omnibus quę pręſtitit nobis, requirat, videndũ? Duo itaq; in primis à nobis requirit & flagitat. 1. Amorem mutuum. 1. Joan. 4. v. 19. ut videlicet nos ei gratos per totam vitam declaremus, & ad ejus nutum vitam inſtituere ſtudeamus. Hęc enim eſt charitas Dei, ut mandata ejus ſervem, 1. Joan. 1. v. 3. Rectè Auguſtinus: Quomodo, inquit, diligis eum, cujus

jus odiſtis pręceptum? Quis eſt qui dicat: Diligo imperatorem, ſed odi leges ejus? in hoc intelligit imperator, ſi diligis eum, ſi obſerventur leges ejus per provincias &c. Tigranis, Armeniorum Regis filij, vxor, cum à Cyro capta eſſet, percontanti Cyro Tigranem, quanti uxorem redimere vellet, reſpondiſſe Tigranes fertur: Equidem vel vitæ meæ pretio illam redemerim à ſervitute hac. Cyrus hoc ejus reſponſo delectatus, & uxorem & patrem cum omnibus captivis dimiſit. Hinc cum multus ſermo inter eos eſſet de Cyri virtutibus, & multi corporis ejus pulchritudinem laudibus extollerent: ibi uxorem Tygranes percontabatur: Num & tibi, mea Armenia, pulcher viſus eſt Cyrus? Equidem, ait illa, per jovem ipſum non aſpectabã. Quemnam igitur, inquit Tygranes? Eũ ita me Jupiter amet qui ajebat vitæ ſuæ pretio me redempturum, ut ne ſervitutem Ego

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ſerviam. Multo profectò magis liberatori & redemptori noſtro nos addictos eſſe oportet. Sed tanta eſt mentis & ingenij noſtri levitas & ingratitudo, ut res inanes nulliuſq; momenti, imo ad æternam ducentes ſervitutem, amore amplectamur, & à Jeſu Chriſto, qui nos in libertatem morte aſſeruit ſua, amorem abijciamus. Pudore igitur extremæ illius noſtræ ingratitudinis ſuffuſi, ſponſum noſtrum amore mutuo proſequi incipiamus, ne ab æterno gaudio & beatitudine, quam ſponſæ ſua morte peperit, tandem excluſi, perpetuo lugeamus. Matth. 22. v. 12. 13. 11. Alterum quod ſponſus noſter à nobis flagitat & poſtulat, eſt, ut ejus exemplum, quantum quidem divina gratia fieri poteſt, adumbrare & exprimere contendamus. 1. Pet. 2. v. 21. Paſſus eſt Chriſtus, inquit, relinquens vobis exemplum. Ex ejus itaque exemplo omnes virtutes nobis comparare, poſſumus.

Elu-

Elucent enim in eo I. obedientia erga Deum patrem. Philip. 2. v. 8. II. Fides in ærumnis & invocatio. Pſal. 39. v. 1. 2. &c. III. Patientia. Eſa. 53. v. 7. Erga proximum charitas Ioan. 13. v. 34. 35. Nulla denique virtus ad æternam vitam anhelantibus neceſſaria, quam ex arbore vitæ non decerpere liceat. Hactenus de ſalutari paſsionis D. N. I. C. meditatione.

De ſecunda hujus concionis parte.

Hiſtoria paſsionis D. N. I. C. diverſimodè à doctis diſtribuitur: Nos autem partitionem, quam veteres hoc complexi ſunt verſiculo, imitandam duximus; idq; hoc ordine, ut ſingulas partes in ſuas quaſque diſtribuamus conciones, prout inſtituto noſtro maximè accommodum fore perſpexerimus.

1. 2. 3.
Cæna, Hortus, Caiphas, Pilatus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

4 5 6.
latus, Cruxq; ſepulchrum.

Primâ illa parte, quæ cœnæ inſtitutionem complectitur, in finem rejectâ, reliquas quinq; tredecim tractabimus concionibus; adeò ut medias quatuor partes concionibus duodecim abſolvendas, ultimã vero de ſepultura, unicâ, in animũ induximus. Deus Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti noſtris benedicat ſtudijs & laboribus, ſanctoq; nos illuminet ſpiritu, ut in Filij ſui noticia ſalutari magis magiſq; creſcamus, donec tandem, abſoluto hujus vitæ curriculo, filium Dei, ſicuti eſt, videre nobis à facie ad faciem contingat, Amen.

CONCIO SECUNDA.

Textus.

Et cum cecinissent hymnum &c. Triſtis eſt anima mea ad mortem, manete hic & vigilate mecum & orate ne intretis in tentationem.

Omiſ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

OMiſſa hoc loco illa hiſtoriæ parte, de Cœnæ Dominicæ inſtitutione: ſecundam, quæ res geſtas in horto complectitur, aggredimur. Hujus partis tria præcipua poſſunt conſtitui membra, videlicet I. de Chriſti in hortum ingreſsione cum diſcipulis: II. De ardentiſſima Chriſti in horto oratione: III. Deq; ejuſdem per Judam proditione. Primum membrum de Chriſti in hortum abitu, unà cum diſcipulis: deq; ſermone in itinere habito, & acerbiſsimis ejus in horto doloribus, breviter nunc explicabimus: Reliqua duo duabus ſequentibus concionibus reſervaturi.

Partes huius concionis duæ erunt.

1. Prior pars abſolvitur Chriſti ad hortum itinere.

2. Altera de angore & triſticiâ, qua Chriſtus in horto cruciabatur, deq; ejuſdem conſilio cum diſcipulis communicato, agit.

DE PRIMA PARTE.

Per-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

PEracta cœna, Chriſtus rectâ ad hortum, proditori ſuo optimè notum, ſeſe recipit. In via autem diſcipulos ſe comitantes de ſcandalo crucis præmonet, & ſimul, de reſurrectione ſua, & eorum ad Chriſtum collectione, conſolatur. Etſi enim pij aliquando Satanæ inſidijs diſsipentur: tamen futurum docet, ut per verum paſtorem Chriſtum, rurſum congregentur. Petrus porrò, infirmitate carnis neglectâ, ſeſe nullum admiſſurum offendiculum, etiamſi quoq; vitæ facienda jactura eſſet, ſpondet & promittit. Quã ſecuritatem ei ut adimeret Chriſtus, primum jurejurando affirmat, à Petro ſe abnegatum iri: Deinde tempus prædicit: Tertiò ad galli cantum ablegat, ut illius voce poſteà ex profundiſsimo ſecuritatis ſomno excitatus, de lapſu ſuo cogitare non negligat.

Plura autem notatu digniſsima hîc occurrunt.

1. Itineris circumſtantiæ quædam,

dam, cujuſmodi ſunt tempus, perſonæ, Locus.

II. Colloquium in itinere inſtitutum.

De primo, videlicet de circumſtantijs.

1. Tempus itineris ſuſcepti notatur ſcilicet hymno abſoluto. Chriſtus exemplum in imitationem trahendum nobis relinquit, ut pro alimento tam animæ quàm corporis, Deo Patri per Jeſum Chriſtum gratam declaremus mentem.

2. Perſonæ iter ingredientes deſignantur, nempe JESVS & ejus diſcipuli. Chriſtus præit, ſequuntur diſcipuli. Admonemur hîc noſtræ ſortis Matth. 16. v. 24. Quicunq; enim vult poſt me venire abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me. Matth. 10. v. 38. Qui non accipit ſuam crucem ac ſequitur me à tergo, non eſt me dignus. Conſolationis autem pleniſsimum eſt, quod Chriſtus tanquam

quam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

quam dux præeat. Si igitur Chriſtus pro nobis, quis contra nos? Rom. 8. v. 31. Habemus enim ipſum non tantum crucis comitem, ſed & ducem. Intrepidè proinde ducem noſtrum, quocunq; præiverit, vel in ipſam mortẽ, quã morte ſua vicit & proſtravit, ſequi non vereamur.

3. Locus, per quem & ad quem iter faciunt, non ſine gravi indicatur cauſa. Tranſit enim per torrentem Cedron, ſcilicet ut typus, de quo 2. Reg. 15. impleretur.

Locus verò ad quem Chriſtus greſſum direxit, Chriſtũ ſponte ſeſe morti obtuliſſe admonet: præſertim cum eum non fugeret, locum iſtũ judæ proditori haud eſſe ignotum. Impletur itaq; hîc rurſum alia de Chriſto prophetia, de qua Eſa. 53. v. 7. Oblatus eſt, quia voluit ipſe. Ex morte Chriſti ſpontanea uberrimam conſolationẽ nobis haurire licet. Quanto enim noſtri flagrarit amore, vel hoc ſigno firmari poteſt. Pudeat igitur nos illius no-

men

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

men dedecore afficere, cujus erga nos benevolentiæ & amoris immenſi tam certum experti ſumus ſignum, quod cum adhuc eſſemus inimici, ultrò ſe, pro nobis in gratiam reſtituendis, morti obtulerit. Hactenus de circumſtantijs.

De ſecundo, videlicet de ſermone ſeu colloquio in via habito: In hoc colloquio, ut ſingula æqua perpendantur lance, plura offeruntur enucleanda. 1. Chriſti ad omnes diſcipulos, de offenſione accipienda, oratio. 2. Petri temerarium reſponſum. 3. Jeſu Chriſti de ſcandalo admittendo aſſeveratio. De ſingulis nunc ordine dicemus.

De primo, videlicet, de Chriſti ad omnes diſcipulos oratione. Omnes, inquit, vos offendemini. Primùm Chriſtus omnes diſcipulos de offenſione præmonet. Novit ſapientiſsimus Dei filius eos non leviter turbãdos, quid vitæ auctorẽ & principem capi, ac ad ignominioſiſsimã

mor-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

mortem rapi viſuri eſſent. Inſpicis hìc paternum Jeſu animum, qui mala prædicit imminentia, ut ea precibus declinare, cum Ninivitis & alijs, diſcamus. Sed tanta eſt mentis noſtræ cæcitas, tantuſque corda noſtra oppreſsit ſtupor, ut ad ſalutares prẹmonitiones magis prẹfracti reddamur.

Deinde admonitionem propoſitam dicto Prophetico ex Zacharia cap. 13. v. 7. confirmat. Percutiã, inquit, paſtorem, & diſpergentur oves gregis. Pro exemplo docemur omnibus obſcuris & intellectu difficilimis rebus ex ſacra ſcriptura lucem afferendam: & præter ſcripturæ auctoritatem de divino conſilio & voluntate nil ſtatuendum. Deus enim in ſacra ſcriptura, quæ ad ſalutem neceſſaria fore vidit, luculenter expreſsit.

Porrò dictum hoc diu perpendenda complectitur.

1. Docet Chriſtum, Paſtorum principem, pro ovibus errantibus

& mi-

& miſerè diſsipatis, morte multandum. Sic Joan. 10. v. 11. Ego ſum bonus ille paſtor; bonus paſtor animam ſuam dat pro ovibus. Chriſti itaque mortem à Deo, ante jacta quoq; mundi fundamenta, ordinatam, & in tota paſsione Chriſti nil temerè factum, luce meridiana clarius elucet. 1. Pet. 1. v. 10. & v. 19. 20. Ut autem Chriſto, capiti Eccleſiæ, caſu nil contigit; ita capillos capitis noſtri numeratos, certò nobis perſuaſum habeamus. Matt. 10. v. 30.

2. Admonet deinde Chriſti diſcipulos de diſsipatioue futura. Ut enim paſtore percuſſo, oves miſerę lupi metu in diverſas diſpergũtur partes: ſic futurũ prędicit, ut Chriſto capto & in crucẽ ſublato, diſcipuli diſsipentur & diſijciantur. Nam ut tempeſtate naves à recto repelluntur curſu: ſic Satanæ inſidijs & technis à pietatis ſtadio homines avocantur & retrahuntur. Qua de

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

re nos ſæpius admoneri, ex uſu noſtro eſſe manifeſtum eſt; ut, ſecuritate carnali depoſitâ, vigilijs & orationibus nos exerceamus, ne Satanæ aſſultibus debilitati & fracti, tandem ſuccumbamus.

Tandem Chriſtus conſolatione firmiſsimâ mentes diſcipulorum ſuorum erigit & confirmat. Nam etſi in crucem ex Dei æterno decreto agendus eſſet: tamen ſpem glorioſiſsimæ ſuæ à mortuis reſurrectionis facit. Poſtquam autem ſurrexero, inquit, præibo vobis in Galilæam. Hęc conſolatio de Chriſti reſurrectione, vel ſola ad mitigandos & tollendos dolores omnes ex crucis offenſione concipiendos, ſufficere poterit. 1. Theſſalon. 4. verſ. 14. Philip. 3. v. 21.

Neq; conſolatione caret, quod tanquam dux vitæ ſe illis præiturum recipiat. Huic enim promiſsioni ſatisfactum. Matth. 28. v. 7. teſtatum relinquit. Ecce, inquit, Angelus, præit vobis in Galilæam,

illic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

illic eum videbitis. Unde ſpem piorum nunquam confundi concludimus. Rom. 5. v. 5.

De ſecundo, videlicet de Petri in reſpondendo temeritate & confidentia. Ut enim milites audaculi extra teli jactum poſiti, magnitudinem animi haud vulgarem præ ſe ferre ſolent; ubi autem manus conſerenda, quovis lepore ſunt timidiores: Ita Petrus quoq; tentationum procellis nondum jactatus, animi jactare magnitudinem non veretur; Sed quàm nullâ præditus ſit, poſteâ apparebit. Imaginē humanę imbecillitatis Petrꝰ repreſentat. Dū n. adhuc in ſchola crucis non ſumꝰ exercitati, neq; telis Satanæ ignitis expoſiti, de noſtra conſtantia, etiã poſthabitis reliquis, gloriari criſtaſq; erigere non erubeſcimus, cum Petro dicẽtes: nunquã ego abnegabo Chriſtum: Sed fide ictu aliquo calamitatis & tentationis pulſâ, quã nil in nobis virium ad reſiſtẽdũ, primũ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

perſpectum habemus, id quod exempla ſanctiſsimorum hominum abundè teſtantur. Huc illud GREGORII NAZIANZENI: Nemo vires ſuas in pace cognoſcit: Si enim bella deſunt, virtutum experimenta deſunt: tamẽ ad arma & ſaga temerè properandum non eſt: Sed duce & auſpice Deo eundem & diabolo reſiſtendum, ut is tandem à nobis fugiat.

An igitur propter fidei imbecillitatem in hac lucta de victoria deſperandum? Minimè gentium. Conſideratâ enim & perſpectâ propriâ infirmitate, in JESV fortitudinem recumbamus, & ab eo, quod nobis deeſt, petamus, oportet. Sic Mar. 9. v. 24. Credo Domine: ſuccurre incredulitati meæ. Imo ut miles, propria imbecillitate animo revolutâ, & hoſtiũ furore explorato, tum demum animum colligit, cum ſub prudentiſsimi & fortiſsimi ducis vexillo pugnare concedatur: Sic in Chriſto Jeſu, duce

noſtro

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

noſtro invictiſsimo, acquieſcere oportet, promiſsionibus divinis firmam adhibentes fidem. Sic enim imbecillitate laborantes confirmat Chriſtus Joan. 16. v. 33. Confidite ego vici mundum. Antigonus Secundus cum bellum ſuſcepturus eſſet adverſus Ptolomæi milites, gubernatorq; admoneret plures eſſe naves hoſtium, pro quot, inquit, navibus ſupputas, quod EGO hîc præſto ſum? Sentiens ad victoriam plurimum habere momenti, ſi ſtrenuus imperator exercitum regat. Si igitur Chriſtus pro nobis, imò in nobis pugnat, quis contra nos? Quamvis princeps hujus mundi & ſpirituales malitiæ, Eph. 6. v. 12. in nos inſurgerent, omneſque nervos ad nos evertendos & in nihilum redigendos intenderent, de nobis victoriam non obtinerēt, Chriſto Jeſu, duce noſtro, à nobis ſtante & pugnante. Hoſtes noſtri fortitudine & potentia prædīti, nos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

imprudentes; illi vigilantes, nos in maximis periculis ſomnolenti: Sed ſolus Jeſus, potentiâ, vigilantiâ, prudentiâ omnibus hoſtibus prævalet. Noſtræ igitur cogitationes in virtutis, ſapientiæ, magnanimitatis & diligentiæ REGIS noſtri, qui nec ſãgvini, nec vitæ parcit pro ſuis, ſola conſideratione & applicatione acquieſcere debent. Eſa. 40. v. 28. 29. At quia nimium proprijs tribuere viribus cum Petro ſolemꝰ; ideo ſapientiſsimus Deus & pater optimus, labi nos patitur, ut miſeriâ & infirmitate propriarum viriũ probè cognitâ & perſpectâ, ejus virtute nos fulciri & corroborari unicè petamus. Huc illud Auguſtini: Chriſtus vicit mortem & pro te vicit & in te vicit. Non igr. de viribus noſtris ſperetur victoria facienda, vel viribus noſtris facta tribuatur, ſed gratiæ Dei, de qua Paulus: Gratia ſit Deo, qui dedit nobis victoriam. Atqui hoc de Petri in reſpondendo temeritate.

De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

De tertio. Nunc Chriſtus, ut medelã pręſumptioni & cõfidentię Petri afferre poſsit, plura pręſtat. 1. jurejurando confirmat futurũ, ut Petrꝰ ſe abneget: ut vel hac re permotus, imbecillitatem ſuam cognoſcere diſceret. 2. Tempus lapſus præforibus eſſe indicat. 3. Signa, videlicet galli cantum, addit. 4. Peccati gravitatem in terna abnegatione ob oculos ponit.

Exemplo Chriſti mentes hominum faſtu propriæ fortitudinis turgidas & elatas de primendas eſſe docemur, ut quàm ſint faciles ad ſeducendum, fragiles ad reſiſtendum, & debiles ad operandum tandem cognoſcant. Nam ſi diſcernere volumus inter bonum & malum decipimur; ut inquit Bernhardus, Si tentamus facere bonum, deficimus; Si conamur reſiſtere malo, dejicimur & ſuperamur.

Verũ ut Petrus confidentiæ veneno infectus non patitur ſe in viã

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

revocari: Sed admonitiones rejicit & contemnit, ſuæ imbecillitatis adhuc ignarus, donec triſtiſsimè labitur: ita mentes hominum faſtoſorum ſe verbo Dei deprimi non ſinunt, donec tandem in horrenda ruant ſcelera, & periculoſiſsimis conſcientiæ vulneribus conficiantur. Sic Cain nihili faciens paternas admonitiones in reprobum datur ſenſum, donec tandem, fraterno commiſſo parricidio, ad deſperationem adactus clamorem ediderit miſerandam, Major eſt iniquitas mea, quam ut remittatur, Gen. 4. v. 13. Verendum ſanè ne odio alijſq; vitijs ſecurè indulgentibus idẽ tandem accidat. Admoniti igitur maturè in nos ipſos deſcendere, & verbo Dei locum relinquere diſcamus; ne contra conſcientiam in graviſsima lapſi ſcelera, in æternum ruamus interitum.

De ſecunda parte.

Quatuor in hac parte diligenter inquirenda & indaganda.

1. Pri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

1. Primò de Chriſti in hortum introitu agendum. II. Quid in horto egerit inveſtigandum. III. In horto quanta & quàm acerba paſſus fuerit videndum. IV. Poſtremò quo mandato diſcipulos inſtruxerit conſiderandum.

1. De ingreſsione Chriſti in hortum hæc ſunt notanda.

1. Chriſto præeunte, ſequuntur eius diſcipuli. Quo admonemur crucem æquo ſubeundam animo, Chriſtumq; in afflictionis & doloris hortum ſpontè ſequendum. Sic David in afflictionibus gloriabatur. Pſal. 119. v. 71.

Et Paulus Rom. 8. v. 28. 29. Ut igitur miles in caſtris, audito viæ ſigno, animo, oculis, auribus paratum ſe oſtendit ad ſequendum imperatorem, etiam in quodcunq; vitæ diſcrimen: Sic & nos in hac militia ſpirituali, ducem noſtrum nobis præeuntem, alacres ſequamur oportet.

Conſolationis porrò pleniſſimū eſt Chriſtum præiviſſe, diſcipulos autem ſequutos eſſe. Non n. habemus pontificem, qui non poſsit affici ſenſu infirmitatū noſtrarum, ſed tētatum in omnibus ſimiliter, abſq; peccato. Heb. 4. v. 15.

2. Cauſæ in hortum ingreſsionis plures afferri poſſunt. 1. Prima cauſa fuit, ut ſegregatus à conſeſſu hominum, more optimo & inſtituto uſitato, precibus & obſecrationibus invigilaret. Huc illa Chriſti admonitio Matth. 6. v. 5. 2. ſecunda cauſa fuit, ut ultrò ſe Judæ proditori ejuſq; comitibus capiendum offerret: quod ut nos de amore JESV certiores reddit & confirmat: ita ad gratitudinem redemptori præſtandam nos obligat. 3. Tertia ingreſsionis ejus in hortum cauſa hæc aſsignari poteſt, quæ ab Albino memoriæ mandata legitur: in horto, inquit, delitiarum, id eſt in paradiſo primus humani generis peccavit, & inde ejectus eſt in hanc lachry-

marum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

marum vallem : ideo Chriſtus ſecundus Adam, ſe in horto comprehendi voluit, ut peccatum, quod primus commiſit homo in paradiſo, deleret.

Horti igitur de bonis per Adami ſuperbiam in voluptatis horto amiſsis ut nos admonent: Ita de reſtauratione & reſtitutione generis humani in triſticię horto per ſecundum Adãmum facta, nos conſolantur, erigunt & confirmant. Abſit proinde hortos voluptatis immoderatæ & vanitatis inſtrumenta cum pleriſque profanis, faciamus.

II. De Chriſti facto in horto plura expendenda occurrunt.

1. Primùm diſcipulis in mandatis dat, ut maneant ibi, donec illuc vadat & oret. Omniũ noſtrûm eſt manere Chriſtum, & ejus exſpectare reditum. Si itaque ſe nobis aliquando ſubtrahere videatur,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

non frangamur impatientiâ; ſed in fide & ſpe maneamus conſtantes, donec Chriſtus ad nos ſpiritus ſui conſolatione redeat; qualis Jobus, David & alij plures ſe præſtiterunt.

2. Deinde, reliquis relictis, tres tantum ſui doloris teſtes ſecum adhibuiſſe refertur, videlicet Petrum, Jacobum & Johannẽ; idq; primùm ut ij qui anteà glorificationis, in monte Thabor, ſpectatores fuiſſent; Et divinam ejus potentiam ln reſuſcitatione filij Jairi vidiſſent; nunc quoq; doloris & exinanitionis ejus teſtes ſe præberent; vel ut Chryſoſt. inquit, ut qui viderant glorioſa, viderent & humilia; ac quibus exhibuerat guſtum cœleſtis gaudij, coram ijſdem præberet etjam ſpeciem guſtus inferni. Voluntas enim Dei fert, ut quicunq; gloriæ cum Chriſto participes eſſe cupiant, ſub cruce ſe ei quoq; adjungant. Matth. 16. v. 24.

Deinde ut reliqui octo infirmi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

tate laborantes per hoſce tres, tanquam in fide magis fundatos, de Chriſti anguſtijs certiores facti, ex ipſius infirmitate conſolationē caperent & delibarent.

Notandum quoq; hîc venit ſapientiſsimum Chriſti conſilium in diſcipulorum delectu. Videt Jeſus omnes non præditos eſſe æquali animi magnitudine ad tentationum procellas ſuſtinendas; ideo aliorum magis parcit infirmitati, ne plus æquo offenſi in deſperationis barathrum immergantur. Sic patriarcham Jacobum, Davidem, Jobum, Jeremiam, conſtantia & virtute majori ornatos & inſtructos videns, more peritiſsimi & fideliſſimi medici fortiorem ijs infundit potionem, non modo ut eos probet & exerceat, ſed etiam ut patientiæ exemplo reliquis præeant. Tobiæ 2. v. 13. Rectè Ambroſius: Martyr, inquit, cum patitur, non ſibi tantum patitur, ſed & civibus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Sibi patitur ad præmium, civibus ad exemplum. Hanc Filij Dei bonitatem & ſapientiam admirandam adoremus & laudibus extollamus. Fidelis enim eſt Deus, qui non ſinet vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed præſtabit unà cum tentatione etiam evaſionem, ut poſsitis ſuffre. 1. Cor. 10. v. 13. Si igitur quemquam noſtrûm non modo triſticiæ ſpectatorem, ſed & conſortem eſſe Chriſtus voluerit, minimè animum abjicere oportet, ſed imperatori noſtro, Jeſu, vires noſtras multò melius perſpectas & cognitas quam nobis ipſis, ſtatuamus; Perſuaſum nobis habentes hoc ipſum, fore ut qui cœpit in nobis bonum opus, perficiat uſq; ad diem Jeſu Chriſti. Philip. 1. v. 6. 1. Pet. 5. v. 10. Non enim ſic eſt Dominus, inquit Cyprianus, ut ſervos ſuos tantum ſpectet, ſed & ipſe luctatur in nobis, ipſe congreditur: ipſe in certamine agonis noſtri & coronat pariter & coronatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

III. De Chriſti in horto doloribus & anguſtijs.

Doloribus premitur adeoq; coarctatur Jeſus, ut exclamatione ingentem ſuam expreſſerit triſticiam. Triſtis, inquit, eſt anima mea ad mortem.

Conflictari hic incipit mediator noſter cum ira Dei & æterna maledictione, quam noſtris meruimus peccatis. Neq; profectò aliter affectum fuiſſe ſponſorem & rededemptorem noſtrum, quàm ſi totius mundi peccatis ſeipſum contaminaſset & conſpurcaſſet, conſtat.

Obſervanda hîc ſunt plura.

1. Iram Dei eſſe ignem conſumẽtem adverſus omnem impietatem, Deut. 4. v. 24. Chriſti horror & ingens triſticia teſtatum facit. Si enim Chriſtus, omnis peccati expers pro alienis peccatis tanto dolorum cruciatu confectus fuerit; quid futurum ijs, qui in peccatis hæren-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

hærentes & perſeverantes, juſtum Dei judicium contemnunt? Chriſti anima ad tempus triſticiâ perfundebatur & angebatur: Qui autem corda ad vitæ emendationem moveri & flecti non patiuntur; ſed cæco impetu in quælibet feruntur ſcelera, perpetuâ & nunquam moriturâ prementur anguſtiâ. Pſal. 10. v. 6. Rom. 2. v. 8. 9. Luc. 16. v. 24.

II. Altâ rurſum revolvamus mente quanto & quàm ardenti ardeat amore noſtri Chriſtus Dei filius, qui pro noſtris peccatis, etiam cum adhuc inimici eſſemus, ad mortem ſeſe doloribus & anxietatibus tradere voluerit.

III. Conſolari & erigere nos debemus quod habeamus pontificē, qui noſtris afficiatur calamitatibus & doloribus, præſertim in agone mortis. Heb. 2. v. 17. Triſticia premeris, aut ad mortem uſq; dolorum cruciatu es confectus: recordare te mediatorem tuum, Dei filium,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

um, ſocium habere, qui non modo tui novit animi dolores, ſed &, ut tua triſticia in perpetuam mutaretur læticiam, tam triſtia & horrenda perpeſſus eſt. Huc accommodetur illud Cyrilli: ſicut ergo niſi mortuus fuiſſet, mors non extingveretur, ſic niſi timuiſſet, non eſſemus à metu liberati, niſi doluiſſet, non ceſſaſſent dolores noſtri: propterea ſanctos viros mortem contempſiſſe invenimus, quoniam habebant Chriſtum in interiore homine habitantem. Quid hac conſolatione majus, aut auguſtius excogitari poteſt, ad omnes moleſtias leniendas, quàm quod Jeſu triſticia noſtrum ſit gaudium & conſolatio, ut & ejus tota exinanitio noſtra exaltatio & glorificatio, ac tandem mors & reſurrectio ejus, vita noſtra eſt ſaluſq; æterna. Gaudeamus igitur in Domino ſemper, & rurſum inquam gaudeamus. Philip. 4. v. 4. Suſcepit enim triſticiam no-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ſtram ut nobis largiretur læticiam ſuam.

IV. Mente quoq; recolamus, eos qui in anguſtia mortis verſantur, vel cum alijs graviſsimis luctantur tentationibus, non ſtatim à Deo rejectos eſſe, ejuſve excidiſſe gratia. Nam quamvis Deus filium angi & ingenti dolorum cruciatu affici permiſit: Tamen animum erga eum paternum minimè rejecit. Quotieſcunque igitur angoribus conſcientiæ, vel in mortis hora, vel aliàs infeſtaris, non cogitabis te ideo diſplicere Deo, aut ab eo deſertum eſſe: ſed oculos fidei non modo ad filium Dei unigenitum, cujus conſortem agis, converte; ſed dirige etiam animum & cogitationes ad contemplādas dulciſsimas liberationū promiſsiones, quæ extant apud Eſa.cap.54.v.7.8.& cap.57.v.15.16.

IV. Nunc poſtremò Chriſti ad diſcipulos mandatum expendamus.

I. Vigilate, inquit. Ad vigilantiam,

am, contra hoſtem maximè terribilem, diſcipulos nimia obrutos ſecuritate, Chriſtus excitat. Sic 1. Pet. 5. v. 8. Sobrij eſtote; vigilate: nam adverſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens obambulat quærens quem devoret. Cui reſiſtite firmi per fidem. Qui in utramq; ut dicitur, aurem ſecurè dormiunt, facilè ab hoſtibus opprimuntur: ſic peccatorum ſomno deditos nullo negotio invadit & proſternit hoſtis antiquus & aſtutus. De Diogene memoriæ proditum eſt, quod cum aliquando in adoleſcentem improvidè ſomno indulgentem incidiſſet baculo pungens eum, carmen Homericum in hanc ſententiam protulerit: Surge, Ne quis dum dormis à tergo infixerit haſtam: Sic Chriſtus nos ſecurè nimium delictorum ſomno ſopitos & oppreſſos, verbi baculo, & legis malleo ſuſcitat, ne Satanæ haſtâ transfixi æternâ tandem privemur vitâ. Sed,
 proh

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

proh dolor, permulti tam profundo ſunt dediti ſomno, ut nullis clamoribus, nullove legis baculo ſe excitari patiantur, donec tandem cum Sodomitis & Jeruſolymitanis miſerè pereant, aut cum divite, de quo Luc. 16. in loco cruciatus evigilent & expergiſcantur. Huc querela una cum comminatione, quæ extat Jerem. 6. v. 16. 17. Igitur non dormiamus ut reliqui, ſed vigilemus & ſobrij ſimus. 1. ad Theſs. 5. v. 6.

2. Orate. Præſentiſsimum ſanè conſilium in omnibus calamitatibus orationi incumbere & invigilare. Luc. 18. v. 1. 1. ad Theſs. 5. v. 17. 2. Paralip. 20. v. 12. Huc illud Hieronymi: Sicut militem ſine armis ad bellum exire non convenit: Ita homini Chriſtiano procedere quolibet ſine oratione non expedit. Egredientes de hoſpitio armet oratio; regredientibus de platea occurrat oratio. Recte enim Chryſoſt. Quemadmodum, inquit prædones & facinoroſi, conſpicientes

gla-

gladium militis in caput ſuum Vibrari, reſiliunt: Sic maligni Spiritus conſpicientes communitos deprecatione, ilicò reſiliunt.

3. Quid orandum, ſeu cur vigilandum & orandum? ne, inquit, intretis in tentationem. Ut enim qui hoſtem oculis obſervat, minus facilè inſidijs obruitur: Sic qui in precibus aſsiduus eſt, nulla frangitur tentatione. Quia igitur mille pericula nos undiq; circumvallant, quibus reſiſtendis propria virtute pares eſſe non poſſumus, orando, ut inquit Chryſoſt. divinam armaturam è cœlo deportemus, ne victi à carne, mundo & Satana à Deo deficiamus, quod ne fiat per D. N. J. C. ardentibus preamur votis. Amen, Amen.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

CONCIO TERTIA.

Tunc avulſus Ieſus ab eis quaſi ad iactum lapidis, &c.

Finis: Surgite eamus, ecce appropinquat is, qui me tradet, orate ne intretis in tentationem.

Complectitur hæc concio ſecundum rerum in horto geſtarum membrum, videlicet Chriſti orationem ter repetitam. Chriſtus enim ad mortem uſque triſticiâ confectus, ardentiſsimam ad patrem ſuum cœleſtem fundit orationem, ut, ſi Dei ferat voluntas, calix tranſeat & pœna intermittatur. In hac mortis luctã, quæ tanta quidem fuit, ut ex corpore Jeſu ſanguis in terram effluxerit, diſcipulis omnibus ſecurè ſomnum capientibus, Chriſtus ab angelo confirmatur: Et quia diſcipulos ſuos nimiæ deditos ſecuritati animadvertit, eos iterum ad vigilantiam & orandi ſtudium excitatẽ, neceſsitatemq; orandi & vigilandi urgetẽ, ne videli-

delicet tentationum procellis obruti tandem ſuccumbant & à Deo deficiant.

Loci hujus concionis erunt quatuor.

I. De oratione Chriſti ter iterata & revocata.

II. De diſcipulorum nimia ſecuritate & Chriſti ad illos ſermone.

III. De angelica in Chriſti agonia, confirmatione.

IV. De diſcipulorum poſtrema per Chriſtum expergefactione.

De primo.

Tunc avulſus Jeſus ab eis quaſi ad jactum lapidis.

Quemadmodum ægrè ab jis divellimur, quos ſummo ſemper complexi ſumus amore, pręſertīcum aut mortem, aut alia impendêre pericula animus præſagit: Ita Chriſtus à ſuis diſcipulis non ſine acerbiſsimo diſcedit dolore. Sed cogitatione paternæ Voluntatis, de toto genere humano redimendo, dolores

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

vincit; & ab ijs diſcedens oraturus, paternæ bonitati eos commendatos habet, cujus ſub umbrâ tutos fore eos confidit. Exemplum JEſu adumbrare & exprimere debemus, ſi quando inter amicos chariſsimos, vel morte ipſa interveniente, vel alijs incidentibus caſibus, disjunctionem fieri, nodumve amicitiæ amabiliſsimum tolli, contingat.

Nunc orationem Chriſti enucleabimus, in qua duo nobis conſideranda offeruntur. 1. De geſtibus, quibus Chriſtus inter orandum uſus.

2. De ipſa orationis forma.

1. De geſtibus Chriſti. 1. Separat ſe à diſcipulis, ut eò ardentius orationi invigilare poſsit. 2. Procidit in faciem. 3. Genua flectit.

Genua autem flectens in faciem ſe coram Patre proſtravit propter graviſsimas cauſas. 1. Ut Adami prioris culpam, Deo creatori ſeſe æquare deſiderantis, perſolveret

ret & repararet. 2. Ut & nobis cum omni fiduciâ & reverentiâ ad Deum patrem caput attollendi libertatem & poteſtatem impetraret ac conciliaret. 3. Ut in precibus fundendis corporis & animi ſubmiſsionem à nobis requiri teſtatum faceret. Eſa. 66. v. 2. Plura, ſi voles, de geſtibꝰ quibꝰ ſancti inter precãdum uſi ſunt, vide Exod. 17. v. 11. Joſuv 7. v. 6. Luc. 18. v. 13. Act. 7. v. 60. Proſternamus igitur nos ſine hypocriſi coram Deo patre, & nil auxilij in tota rerum natura invenientes, ad hunc fugiamus apud eum omnes dolores noſtros & curas deponentes. Atqui hoc de geſtibus Chriſti inter orandum.

II. De ipſa orationis forma nunc verba faciamus.

Pater mi, inquit, ſi poſsibile eſt tranſeat à me calix iſte.

Plura hæc orationis forma perpendenda ſuppeditat.

1. Primò, quid pijs & fidelibus de

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

cruce & calamitatibus ſit ſtatuendum, docet. Pater mi, inquit, quaſi diceret Chriſtus; Quamvis in profundiſsimam hanc agoniam me incidere paſſus fueris: Tamen te nihilominus paternum erga me gerere animũ certò mihi perſuaſum habeo: Et haſce afflictiones non ab irato Deo, ſed à patre, imò meo patre, mihi inflictas & impoſitas eſſe liquidò mihi conſtat. Eadem ratione fideles Chriſti ſervi crucem à Patre clementiſsimo immitti apud ſe ſtatuant. Heb. 12. v. 6. 7. 8.

2. Deinde de providentia divina mentes noſtras imbuit. tranſeat, inquit, à me calix iſte. Calicis nomine paſsionem denotat acerbiſsimam, quam Deus ipſi ebibendam propinavit. Ut enim paterfamilias cuiq; ſervorum ſuum diſtribuit demenſum: Ita Deus cuiq; ſuam afflictionis diſpenſat menſuram. Pſal. 75. v. 8. 9. Novit ille, pro ſua immenſa ſapientia, quantum pati, quamq; fortem ferre poſsis menſu-

ram. 1. Cor. 10. v. 13. Medico menſuram cibo & potui præſcribenti, aut voluptates reſecãti, vel omnino detrahenti, morbo laborans lubens ſe dicto audientẽ præbet, quia urinam inſpexit pulſumq; contrectavit: Cur ergo Deo Opt. Max. qui te fecit formavitq; & vidit omnia oſſa tua, cum eſſes in occulto, Pſal. 139. v. 15. te non comittis, menſuramq;, quam ille axhauriendam infudit, animo benevolo non accipis? Pſ. 116. v. 13. Huc illud Hilarij: Quãdo morbi vexabũt, cruciatus corporũ deſævient, damna defatigabunt, luctus & orbitates affligent, ſemper utamur hac, qua nunc Propheta uſus eſt voce dicens; juſtns es Domine & rectum judicium tuum.

3. Quid conſilij, in omnibus neceſsitatibus & anguſtijs & maximè in agone mortis, ſit capiẽdum, oratio Chriſti admonet. Is .e. ad orationẽ confugiens, ſuo exemplo quid nobis faciendum docet.

Præ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Præceptum extat Pſal. 50. v. 15. Invoca me in die anguſtiæ, eruam te & glorificabis me. Eſa. 26. v. 16. Jehova in anguſtia viſitaverunt te, effuderunt orationem, cum correctio tua fuit eis. Exempla paſsim ſunt obvia. Exod. 2. v. 23. 24. Iſraelitæ in anguſtijs clamant ad Deum. Eſa. 37. v. 15. Ezechias contra Senacherib preces fundit, Et 2. Reg. 20. v. 2. 3. eodem uſus eſt conſilio in graviſsimo ſuo morbo. Huc illud Chryſoſt. Quemadmodum alij quidam reges incolumitatis ſuæ ſpem ponere conſueverunt in militum peritia, & arte belli gerendi, in ſagittarijs, in cataphractis, in equitibus: Ita magnus ille David ſanctis precibus, mœnium vice, ſuum cinxit exercitum, nequaquam reſpiciens imperatorum, tribunorum, ac centurionum ferociam, neq; pecunias colligens, nec arma comparans, ſed orando divinam armaturam è cœlo deportans. Ad patrem igitur cœleſtem in om-

nibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

nibus fugere anguſtijs oportet, non ad media ulla verba Dei interdicta.

4. Quâ cum fiduciâ Deum invocare decet? Id voce PATRIS omnia in manu ſua habentis ſignificatur. 1. Primò itaq; Deum eſſe noſtrum benevolentiſsimum Patrem, qui curâ noſtræ tangitur miſeriæ, imo qui nobis in precibus occurrere velit, ſtatuamus. Eſa. 65. v. 24. Antequam clamant, Ego exaudiam. Hanc in Deo miſericordiam, hunc animum paternum, publicanus à longe ſtans agnoſcit, Luc. 18. v. 13. Mulier Cananæa Matth. 15. v. 22. & deinceps. Et filius prodigus Luc. 15. v. 18. 19. David Pſal. 103. v. 13. 14. 15. 16. 17. Eſa. 49. v. 15. 2. Deinde oculis fidei Dei potentiam contemplari debemus, de qua Chriſtus; Pater omnia tibi poſſibilia. Fruſtrâ enim aliâs preces fundimus, niſi Deum quæcunque velit, etiam majora ijs quæ precibus concipere, aut cogitationibus

aſſequi poſsimus, præſtare poſſe certò credamus. Hanc Dei potentiam angelus Dei celebrat, Luc. 1. v.37. Apud Deum non erit impoſsibile omne verbum. Qui Iſraelitas ex Pharaonis manu eripuit; Exod. 14. v. 21. 22. &c. Danielem ex ore atq; faucibus leonem liberavit Daniel. 6. v. 22. 23. Tres viros in fornace ardenti potenti ſua manu conſervavit; Danielis 3. v. 95. potentia ad nos ſervandos quoq; valet. Non enim abbreviata eſt manus Dei. Eſa. cap. 59. v. 1.

5. Qua lege & conditione liberationem petere convenit? Bona corporalia, qualia ſunt ſanitas, divitię, pænarum mitigatio, hac lege à Deo petenda, modo id ferat benignisſima ejus voluntas. Sic David 2. Reg. 15. v. 25. Et Luc. 11. v. 2. Sin autem hujuſmodi bona aliquando nobis Deus aut denegat, aut contra votũ detrahit, fremere minimè adverſus eum oportet; quin potius bonitatem & ſapientiam ejus, qua melius,

lius, quid nobis proſit, videt, quàm nos ipſi, admiremur & adoremus. Bona n. illa caduca & momẽtanea, multis inſtrumenta eſſe ſolent, quibus deteriores reddantur, quatenus ſcil. alij pecunijs & divitijs ad corruptelas, potentiâ ad vim, robore ad omnem libidinem abutuntur. Recte quidem ille dixit: Si male & inutiliter aliquid petas, quemadmodũ qui febricitat, ſuppliciter petit ſibi dari vinum. Deus, qui futura prævidet, tuę non paret voluntati, neq; dat quæ ſine ratione petis. In rebus porrò Spiritualibus firma & immota eſt voluntas & decretum Dei, de quo Ezech. 33. v. 11. Vivo ego dicit Dominus, nolo mortem peccatoris. Matth. 11. v. 28. Venite ad me omnes &c.

Condonationem igitur peccatorum, gratiæ divinæ participationem, & æternam vitam, nulla adhibita conditione, petere decet. Hebre. 10 v. 19.

6. Tan-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

6. Tandem terna orationis iteratione Chriſtus aſsiduitatem & perſeverantiam orandi nobis commendat. Sic Gen. 32. v. 26. conſtantia Jacobi Patriarchę commendatur. Et mulier Cananæa plura quàm petijt, conſtanti ſua oratione impetravit. Matth. 15. v. 28. O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ut vis. vide Luc. 18. v. 2. 3. &c. de parabola Judicis iniqui & viduæ. Notandum hic Auguſtini illud: Nemo veſtrùm, fratres, parvi pendat orationem ſuam. Dico enim vobis, quod ipſe, ad quem oramus, non parvi pendet eam. Priuſquàm enim egreſſa eſt ex ore noſtro, ipſe ſcribi jubet eam in libro ſuo: Et unum è duobus indubitanter ſperare poſſumus: quoniam aut dabit quod petimus, aut quod nobis noverit eſſe utilius. Nos enim quid oremus ſicut oportet, neſcimus; ſed miſeretur ille ſuper ignorantiam noſtram, & orationem benignè ſuſcipiens, quod nobis aut omni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

omnino non eſt utile, aut non tam citò dari neceſſe eſt minimè tribuit. Idem. Quando Deus permittit, aut facit, ut tribulatione vexemur, tunc miſericors eſt: Quia excitans fidem & differens in opere, non auxilium negat, ſed deſiderium movet. Hieronymus ait: Deus ipſe qui nullis viribus contra ſe ſuperari poteſt, publicani vincitur precibus. Ninive civitas, quæ peccato perijt, fletu ſtetit. Ponit enim, ut refert Auguſtinus, lachrymas noſtras in conſpectu ſuo, & gemitus noſter non eſt abſconditus ab eo, qui omnia per verbum condidit. Atqui hoc ſit dictum de Chriſti in horto oratione.

DE SECVNDO.

CHRiſto precibus invigilante, ſomnus diſcipulos arctiſsimè complectebatur: reverſus igitur, Petrum primò ſomnolentiæ inſimulat: Deinde omnes denuò con-

ſilio inſtruit ſaluberrimo, ut vigilent & orent, ne incidant in tẽtationẽ. Tertiò eoſdem de pugna ſpirit⁹ & carnis ſeriò admonet. Atque ita Chriſt⁹ in maximas redactus anguſtias, de ſuis diſcipulis paternam gerens curã ad eos accurrit, reputãs & quantas illis Satanas ſtrueret inſidias & quanta ſit ipſorũ ad reſiſtendũ infirmitas. Quã Chriſti ſolicitudinẽ omnes ordines in imitationẽ trahere debent. Paſtores animarũ ſui eſſe officij diſcant dieſq; nocteſq; gregi ſibi commiſſo invigilare. 1. ad Tim. 4. v. 2. 1. Pet. 5. v. 2. ne magis quæ ſua ipſorũ ſunt quærere, quam quæ ſunt Jeſu Chriſti videantur. Philip. 2. v. 21. Magiſtratus quoq; dabunt operã ut ad honorẽ Deo pręſtandũ ſubditi excitẽtur, & ſcandalis obviã eant, privatis cõmodis Dei gloriã & hominũ ſalutẽ anteferẽdã ducẽtes. Singulis deniq; cura ꝓ ꝓximi ſalute vigilandi incumbit. Nũc ſingula ordine excutiamus & expendamus.

1. Primò, diſcipuli ſecurè ſomnũ

capi-

capientes, Chriſto jam in agone ꝟſante, & periculo capiti imminente, ſũt noſtrę ſecuritatis vivę & expreſſę imagines. Tum n. ſecuritatis ſomno dediti eſſe maximè ſolemus, cum prę ſentiſsimũ capiti periculũ imminet & impendet. Sic tẽporibus Noe & Lothi. Matt. 24. v. 38. Luc. 17. v. 26. 27. factũ eſſe legimus. Veternũ igr. & ſecuritatis ſoporẽ excutiamꝰ, præſertim in hac ultimâ mundi ſenectâ, ꝓmagni refert. Qua n. hora non putamus filiꝰ hominis veniet. Luc. 12. v. 46. Cumq; dicent homines pacem eſſe & ſecuritatem, tum repentè, ut dolor uterũ ferenti, ſic eis inſtabit interitus, quem non effugient. 1. ad Theſs. 5. v. 3. Huc placet illud Auguſtini de ſecuritate fugienda & cavenda aſcribere. Ubi maxima eſt ſecuritas, ibi maximum eſt periculum.. Navem cum in portum ſubducta eſt, putes eſſe in tuto? Verùm qua navis ingreſſa eſt, ventus quoque ingreditur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

& eam ſæpè impellit & allidit in ſcopulum. Ubi ergo poteſt eſſe ſecuritas? Adam cecidit in paradiſo, Judas in ſocietate Chriſti, Cham in contubernio Noe, multi in lege, multi in Evangelio: Ubi ergo licet ſecurè vivere? Certè nuſquam: Iccirco Eccleſiaſticus rectè monuit, Fili, ſta in timore Domini, & animam tuam præpara ad tentationem.

2. Deinde Chriſti ad Petrum ſeorſim, tum ad reliquos omnes, inſtituta commonefactio plura conſideranda ſuppetit. Primò nominatim Petrum compellans, promiſsi magnifici memoriam ei refricare videtur, ut, quàm nihil eorum pręſtare poſsit, quæ promiſit, qui ne horam quidèm inſomnem traducere in gratiam Chriſti queat, ſecum reputare diſcat. Admonitiones tres hinc ſunt excerpendæ.

Primò enim exemplo Chriſti nominatim compellantis Petrum, & ſomnolentiæ eum inſimulantis,

mone-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

monemur non ſufficere in genere hoc vel illud reprehendere: Sed res & perſonæ, neceſsitate id poſtulante, nominatim appellandæ & perſtringendæ; cum ferè ſolent homines generatim admoniti in alios cenſuram rejicere. Quod tamen non temerè faciendum, ſed cum prudentia quadam, ut omnia ad ædificationem Eccleſiiæ facere judicentur. Hujuſmodi ſingulari prudentia Nathan uſus eſt in Davidis adulterio taxando. 2. Reg. 12. v. 2. &c. Sic Elias non veretur nominatim regem Ahab perſtringere. 3. Reg. 18. v. 18. Paulus quoq; ad Galatas 2. v. 14. Petrum nominatim coram omnibus objurgavit. Deinde Petri ſomnolentia tantam eſſe noſtram in ſalutis negotio ſecuritatem docet, ut, Chriſto in nobis ſancto ſuo ſpiritu non vigilante, & à veterno non excitante, nil præſtare poſsimus; ſed in perpetua hærere ſomnolentia cogamur. Tertiò

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

docemur eos, qui jurejurando adhibito, ſeſe Chriſti defenſores ejuſq; cauſæ propugnatores fore fidem dederunt, in maximam incurrere reprehenſionem, ſi in munere ſibi cōmiſſo negligentes & ſocordes deprehenſi fuerint: quam rem ſi ij, qui gregi Chriſti alēdo præfecti ſunt, alta revolverent mente, adeò oſcitanter munus non adminiſtrarent ſuū, neq; jurisjurandi fidem, qua munus obituri teneri ſolent, audacter adeò abjicerent. Quid de magiſtratus politici dicā ſomnolentia & ſocordia, qui tam ſanctê & devotè in verba legis divinæ & humanæ jurare conſuevit? An non credis Chriſtum eos neglectæ fidei & muneris aliquādo nominatim appellaturum?

Ut Petrum nominatim appellavit: Sic reliquos omnes, altiſsimo oppreſſos ſomno, nūc alloquitur. 1. Primò autē nimiā illis ſomnolentiā objicit. Itane, inquit, potuiſtis unā vigilare horam mecum? vides magnifici promiſsi memoriam obſcu-

ratam

ratam & deletã; Vides quoq; Chri-
ſtum nonnullam doloris levationẽ
apud ſuos quærere diſcipulos. Ubi
aliquam infirmitatum noſtrarũ par
tem Jeſus ſuſtinet. Heb. 2. v. 17. De-
buit n. per omnia fieri fratribus ſi-
milis &c. Simulq; docet in maximis
anguſtijs, poſt Deum, licere dolorũ
mitigationẽ apud amicos quærere,
ita tamen ut ſpem & pręſidiũ in ſolũ
Deum conjiciamus. Verũ ut Chri-
ſtꝰ, etiã ſibi devinctiſsimos, ſomno
deditos altiſsimo reperit: Ita ple-
rumq; nobis cum tentationibꝰ, aut
ærumnis luctantibꝰ idem uſu venire
ſolet. Si igr. ab amicis deſtitueris, o-
mneſq; ſomnolẽtos minimeq; ad te
conſolandũ intentos inveneris, te
JeſumChriſtũ habere ſociũ & fratrẽ
memineris. Utq; ipſe ab amicis dere
lictus, vel neglectꝰ, ad preces cõfu-
git: Ita in precibꝰ optimũ & tutiſsi-
mum præſidium ſemper tibi repoſi-
tum ſtatues. Ecce n. non dormitat,
neque dormiet qui cuſtodit Iſrael.

Pſal. 121. v. 4. 2. Deinde eos tamen propter ſomnolentiam non abjicit & à ſe abigit: Sed conſilijs ſaluberrimis deintegrò inſtruit. Ubi initiò benignißima Jeſu voluntas nobis conſideranda venit. Pro miſericordia enim ſua tolerat infirmitates carnis noſtræ. Eſa. 48. v. 9. Eſa. 42. v. 23. Carnis itaq; infirmitas ad deſperationem nos adigere non debet.

Exemplum inſuper Jeſu in nævis fratrum tolerandis, & tamen leniter corrigendis in imitationem trahere quoq; oportet. Galat. 6. v. 1. 2.

II. Conſilia porro eadem nunc repetit, quæ ſuprà communicavit ad orandum abiturus. 1. Vigilate, inquit. Hoſtium multitudo & vigilantia indefeſſa, quibus undique circumſepti ſumus, alacritatem vigilandi nobis meritò injicere debent. Arma autem ad eos profligendos & propulſandos ex Paulo ad Eph. 6. v. 11. 12. 13. 14. &c. arripien-

ripienda. De TROJANORUM nimia ſecuritate urbiſq; everſione illud memoriæ proditum eſt: Invadunt urbem ſomno vinoque ſepultam: Ita Satanas homines ſecurè nimium degentes invadit, opprimit & proſternit. Animo itaque excubemus, ne ex inſidijs tandem interire nobis contingat.

2. Orate. Ut muri Jerichuntis, ſacerdotibus tubis clangentibus, reliquoq; comitatu clamorem edente & tollente, collapſi ſunt & diruti. Joſ. 6. v. 20. Ita oratio pia audaciam & furorem Satanæ contundit & infringit.

3. Cauſum ſubjungit, ne intretis in tentationem. Non dicit, ne tentationibus petamini, ſed ne intretis in tentationem h. e. ne victi ſuccumbatis. Conſolatorium autem eſt eos, qui adverſus hoſtes vigilias agunt & in ſpiritu ac veritate orant, è tentationibus evadere poſſe. Qui enim in vigilijs manendum,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

& precibus invigilandum ſuaſit, is infirmitati ſuccurrere noſtræ & victoriam conferre glorioſam vult & debet. 1. Jan. 5. v. 4. & 5. Hucuſq; de diſcipulorum ſomnolentia Chriſtiq; ad eos inſtructione, ut vigilent & orent, dictum.

III. Nunc tertio loco, in hac ſecunda parte, Chriſtus de carnis & ſpiritus lucta admonitionem brevem, ſed neceſſariam inſerit. Spiritus, inquit, promptus, caro autem infirma eſt. De hac carnis cum Spiritu pugna Paulus Rom. 7. v. 19. Bonum quod volo non facio: ſed malum quod nolo hoc ago. Contra innatam igitur concupiſcentiam animo excubias agamus & affectus pravos ligemus, ne viliſsima in homine pars, caro ſcilicet rerum potiatur. Rom. 6. v. 12. Ut enim ij qui tyrannidem è civitate ſublatam cupiunt, tollunt ante omnia evertuntq; arcem: Sic affectus in nobis ipſis ſunt coercendi & reprimendi, ne imperium obtineant. Monſtro ſimile

mile

mile tibi videretur,ſi terrã ſupra cœlũſe attollere cõſpiceres:ſimile quid in homine cõtĩgit, quoties,excuſſo ſpiritus jugo, affectibꝰ homo indulget.Ut autẽ à Deo ad hanc pugnam ꝑ Chriſt. Jeſum, qui eſt noſtra fortitudo,Phil.4.v.13.idonei efficiamur &corroboremur,fide viva,patiẽtiâ precationibus,charitate,in munere cõmiſſo diligentiâ,inprimisopꝰ eſt.

De Tertio Loco.

Duo in hac tertia hujus concionis parte enucleatè nobis inveſtiganda ſunt: alterũm de Chriſti cum morte, peccato, legis maledictione & ira divina,lucta acerrima : alterũ de cõfirmatione per angelũ facta.

De Primò. Salvator noſter Jeſus tamdiu cum mortis luctatus eſt horrore , ut ex corpore ſanguis in terram effluxerit. Quàm acerbus autẽ hic fuerit cõflictus,nemo cogitationibus aſſequi, ne dum verbis exprimere poteſt. Deſideras porrò cognoſcere,quid Chriſto. guttas ſan-

vinis ex-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

extorſerit, in teipſum deſcende, & tua peccata guttas ſanguinolentas ei elicuiſſe videbis. Eſa. 53. v. 4. 1. Pet. 2. v. 24. Gal. 3. v. 13.

Uſus itaque luctæ Chriſti cum morte in quibus ſitus ſilentio nobis non eſt prætereundum.

1. Primò admonet nos hic conflictus iræ divinæ adverſus peccatum; quæ quanta & quàm magna ſit, Chriſti horror ſanguiſq; in terram defluens teſtatum facit. Intuentes igitur juſtiſsimum Dei filium, de quo ipſe Deus, Matth. 3. v. 17. anteà vocem è cœlo edidit, Hic eſt filius meus dilectus; humi proſtratum guttaſq; ſanguinis jam horrore iræ divinæ ſudantem, quàm intolerabilis ſit ira Dei adverſꝰ omnẽ injuſticiã conſiderare incipiamꝰ. Peccatorum enim noſtrorum pondus Chriſtum & horrore affecit & proſtravit, ſanguinemq; ſudare fecit. Cũ itaq; noſtra peccata juſtiſsimũ Dei filium à corde ejus ab æterno genitum, proſtraverint, cur nos e-

recta

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

recta çervice ſuperbè incedemus? Quam diu voluptatibus & delitijs volutabimur& diffluemus?Sanguinem Chriſtus pro nobis præ ingenti mœrore ſudavit; Nos verò cur ſangvinem fratrûm noſtrorum innoxium fundimus haurimuſq; cædibus, avaritiâ, oppreſsionibus omniq; tandem fraudum genere? An ſpem alimus Deum hæc aut non viſurum, aut omnino oblivioni traditurum? abſit. Ad pœnitentiam itaq; ſeriam agendam, hæc Chriſti lucta nos flectere & movere debet, ut tandem dicamus cum Daniele cap. 9. v. 15. Domine peccavimus, injuſtè egimus &c. Oremus proinde ut ſanguis Jeſu noſtra emolliat corda duriſsima, ſicut ſanguis hircinus frangit & emollit adamantem duriſsimum. 2. Deinde hæc eadem Chriſti luctam, ampliſsimâ & efficaciſsimâ noſtras mentes erigit conſolationem, contra iram Dei, horrorem mortis & æternam legis

ma-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

maledictionem.1.Joh.1.v.7.& v.9.
Ipſe ſangvinem ſudans Dei ſuſtinet
iram, ut nobis gratiam Dei concili-
et: horrore iræ divinæ proſternitur,
ut aditus ad gratiæ thronum nobis
pateat, & ab æterna maledictionis
horrore erepti, perpetuo gaudio
fruamur. Quid hac cõſolatione ad
conſcientiæ vulnera ſananda effica
cius inveniri poterit? Abſit n. dam-
nari nos patiatur Chriſtus, pro qui-
bus tam acerba perpeſſus eſt. Con-
tra mortis terrorem hæc Chriſti a-
gonia nos quoq; mirificè ſolatur.
Hic n. habemus anguſtiarum con-
ſortem: Hic habemus λύτρον: Hic ha-
bemus mediatorem, qui ſuis dolori-
bus noſtros ſanctificavit, & morti
omnem ademit poſteſtatẽ, ut non
magis, quam imago mortua, terrens
quidem, ſed non nocens, credẽtibꝰ
ullum detrimentum inferre poſsit.
Oſeę 13. v. 14. Atqui hoc de agonia.

De Secundo. De fatigatus Chri-
ſtus & viribus jam exhauſtus per
angelum Domini confirmatur &
corro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

corroboratur: quæ quidem res propter doctrinam ſingularem & conſolationem uberrimam digna contemplatione & meditatione cenſenda eſt.

1. Primò corroboratio hæc per angelum facta docet vaticinium. Pſal. 8. v. 6. completum: Minuiſti eum paulò minus ab angelis.

2. Deinde humilitatem Jeſu contemplandam proponit. Æternus n. Dei filius, de quo Pſal. 2. v. 7. Filius meus es tu, ego hodie genui te; ita ſe abjecit, ut in maxima anguſtia, angelica opus habuerit conſolatione. Charos nos igitur Deo fuiſſe, pro quibus redimendis filium ita exinaniri paſſus fuerit, oportet.

3. Eadem hæc confirmatio prætereà efficaciſsimam in ſe complectitur conſolationem. Chriſtus in hominibus nullum invenit ſolatium: itaq; ad ipſum erigendũ Deus ſuum ablegat angelũ. Ceſſantib9 n. humanis auxilijs, Philone Judæo

atte-

atteſtante, divinum adeſt. Pſal. 27. v. 10. Eſa. 46. v. 3. 4. Eſa. 49. v. 15. Fidelitatem hanc & clementiam Deus multis olim declaravit modis. Lazarus ab omnibus deſertus fuit hominibus, canes ad vulnera ejus lingenda excitantur, Luc. 16. v. 21. Joſeph à fratribus ſuis inhumaniſsimè tractatus & domo paterna expulſus, apud infideles Ægyptios, Deo ita diſpenſante, gratiam invenit. Gen. 39. v. 2. 3. Elias in exilium propter veritatis confeſsionem ejectus, à corvis alitur. 3. Reg. 17. v. 6. Deficientibus porrò omnibus alijs rebus & ſubtractis humanis auxilijs, beati angeli ad juvandum & conſolandum præſtò erunt. 3. Reg. 19. v. 4. 5. 6. de Elia. Luc. 16. v. 22. de Lazàro. In actis cap. 7. v. 56. Cœli aperiuntur Stephano, & conſolationem ſentit efficaciſsimam. Deniq; ſi ab omnib9 deſeramur creaturis: Chriſtus Jeſus, mediator noſter, nos orphanos non eſt relicturus, ſed ad

con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

conſumationem ſeculi aderit. Mat. 28. v. 20.

De quarta hujus concionis parte.

1. Primò Chriſtus iterum atque iterum diſcipulos ſomno ſopitos excitans, paſtores ſui admonet officij, quod eſt, lapſos & in cauſa ſalutis ſocordes à peccatorum ſomno ſæpius excitare. Eſa. 58. v. 1 Ezech. 33. v. 7. 8.

2. Deinde ironicè poteſtatem dormiendi faciens, tum demum non defuturos, qui veternum nobis excutiant, cùm, ſaluberrimis poſthabitis conſilijs, ſecurè vitam tranſigàmus, oſtendit. Dormite, inquit, & requieſcite, jam adeſt hora mea q. d. ad verba & admonitiones meas aures arrigere non voluiſtis, ſed ſurdi fuiſtis, aderunt igitur nunc hoſtes, qui vigilandi & orandi neceſsitatem vobis imponēt. Vides hìc & animadvertis juſtum Dei Judicium: ſolemus fraternas & ami-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

cas nihili facere admonitiones: inimicorum igitur operâ ad nos excitandos Deus uti cogitur. Sic cum miſeris actum eſſe Judæis compertum habemus.

3. Tertiò horam mortis ſuæ jam appropinquantis prædicens, plura conſideranda & revolvenda ſuppeditat.

1. Primò ſe ſpontanea voluntate pro noſtra ſalute oblatum, cum horam ingruentem & jamjam imminentem fugere non conatus fuerit.

2. Nil caſu contigiſſe, ſed omnia divinâ gubernata fuiſſe providentiâ.

3. Hoſtes, ante horam à Deo dictam & conſtitutam, ſibi ne minimum inferre damnũ potuiſſe. Quęrebant enim jam diu ſæpius occaſiones eum è medio tollendi, ſed laborem ſuſceperunt fruſtraneum, quia tempus non erat complетum, nec dum hora Chriſti venerat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Hinc ſumma conſolatio adverſus inimicorum clandeſtina & aperta conſilia. Virus enim in nos effundere, malitiamve ante horam à Deo illis conceſſam, exerere, non poſſunt. Sors enim noſtra in manu Dei eſt Pſal. 31. v. 17. quem etiam ſubmiſsè oramus, nos ſuo ſancto ſpiritu dirigere, & à Satanæ ac omnium inimicorum poteſtate liberare & eripere velit, Amen.

CONCIO QVARTA.

Et continuo eo adhuc loquente &c. nudus aufugit ab illis.

Abſolutis duobus rerum in horto geſtarum membris: reliquum nunc eſt, ut de proditione Chriſti, per Iudam facta, & eiuſdem vinculo, verba faciamus.

Partes autem hujus concionis tres conſtitui poſſunt.

I. De Juda oſculo proditorio JESVM tradente.

II. De vinculo Chriſti.
III. De fuga Apoſtolorum.

De prima parte.

Continuò eo loquente, Ecce Judas unus ex duodecim cum accepiſſet cohortem.

Diſcipulis Chriſti ſecurè ſomnum capientibus, Judas, proditor Chriſti, ſe ad capiendum Chriſtum accingit: conſortes ſigno inſtruit, & ut conſideratè omnia agant, monet: Chriſtus autem ultrò illis obviam factus verbo eos proſternit: tandemq;, oſculo Judæ proditus, capitur & vinculis conſtringitur.

Nos autem hæc ordine conſiderabimus. 1. De Jeſu inimicis eorumq; ad capiendum Chriſtum apparatu. 2. De Jeſu Chriſti cum turba congreſſu & colloquio cum proditore ſeorſim habito.

De primò videlicet de Chriſti inimicis.

Quod ad Chriſti adverſarios ſpectat, horum alij ſunt aperti ejus

hoſtes,

hoſtes, qui jam diu occaſionem è medio eum tollendi venabantur: alij clandeſtini, qualis eſt illorum anteſignanus Judas, qui amici prætextu Chriſto inſidias ſtruxit, eumque cuniculis clandeſtinæ ac falſæ proditionis impugnare aggreſſus eſt. Agamus proinde in genere, de turba, quæ ad Chriſtum gladio comprehendendum, emiſſa erat: deinde de Juda ſpeciatim paucis ſermonem inſtituamus.

De turba hæc expendenda nobis ſunt.

1. Tempus ſignificatur, quod ſcilicet Chriſto adhuc loquente, repentè noctu intervenerit. Ubi 1. commendatur Jeſu Chriſti & omniſcientia & veritas immota. Dixerat enim diſcipulis horam præſtò eſſe, qua tradi deberet peccatoribus; omnia, eo adhuc cum diſcipulis iſta communicante, eveniunt. 2. deinde, quod noctu, in tenebris denſiſsimis, ad Chriſtum capien-

dum, conveniant; imperium tene-
brarum ſeſe totis viribus Chriſto
oppoſiturum oſtenditur. Quod et-
iam ſi hodie fieri videamus, mini-
mè mirum nobis videri debet. 3.
Tertiò eadem noctis circumſtantia
admonet, impios multò ad malum
vigilantiores & alacriores, quàm
pios ad virtutis opera exercenda.
Luc. 16. v. 8. Quam cæcitatem
meritò in multis deplorare licet. Ut
enim Chriſti gloria propagetur &
dilatetur, vix interdiu, nullo im-
minente periculo, pedem loco mo-
vent; ut Chriſtum perſequantur,
permulti nullis prohibentur mole-
ſtijs. Atqui hæc de tempore.

II. Perſonæ quoq; exprimuntur.
Conſpirarunt adverſus Chriſtum
Judas ex domeſticis ipſius Chriſti
unus: Pontifices, penes quos cura
religionis: Politici, quibus cura
defendendi & propugnandi juſtiſ-
ſimum Dei filium incumbere debu-
iſſet. Quorum itaque erat Chri-
ſtum ab injuria vindicare, hi una-
nimi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

nimi conſenſu de eo è medio tollendo & in crucem agendo conſilia ineunt: militeſq; ad eum comprehendendum armis inſtructos noctu ablegant. Talem profectò diligentiam in ſceleratiſsimo ad ſupplicium rapiendo, aut pientiſsimo defendendo, vix præſtitiſſent. Si idem hodie membris Chriſti contingat, nos impatientiâ moveri & frangi non oportet. Apparet quoq; ex præpoſterâ illorum diligentiâ, eos ſæpiſsimè ingratiſsimos, qui pluribus à Deo affecti ſunt beneficijs. Quid enim huic genti ultrà debuit facere Deus, quod non fecit? Eſa. 5. v. 5. Hanc extremam ingratitudinem Chriſtus. Matt. 22. pluribus exprobrat genti Judaicæ, à qua ut alieni nos eſſe poſsimus, unicè optandum.

III. Tertiò, quo apparatu turba ad Chriſtum veniat, indicatur. Venit enim cum facibus & laternis armiſq; munita, ſi fortè diſcipuli

Chriſti defenſionem ſuſcipere vellent. Vide hîc primò vulgi inconſtantiam; quem, paucis interjectis diebus, Regem creare volebat, eum nunc, in gratiam procerum, è medio ſublatum cupit. Ut bilanx in eam vergit partem, unde plus accipit: Sic vulgus nunc huic, nunc illi favet, non ei cujus cauſa ſit optima. Rectè Baſilius de vulgi natura: Quemadmodum nebulæ juxta mutationes flatuum nunc huc, nunc illuc feruntur: Sic vulgus quovis vento nunc in hanc, nunc in illam partem ſeſe flectit. Proinde qui vult ſapere, vulgo inſtabiliſsimo ſeſe nimium non committat, neq; quicquam in ejus gratiam contra officium faciat. Deinde faces & laternæ, quibus hoſtes Chriſti utuntur, admonebunt nos de Satanæ aſtutia & technis, quas ad veritatem ſupprimendam adhibere conſuevit. Ut enim inimici Chriſti ad Chriſtũ comprehendendum facibus & laternis utuntur: Sic Eccleſiaſtici

per-

permulti ipſam ſcripturam, ſed depravatam: Politici verò leges ipſas ad veritatem opprimendam afferunt: Et ubi legum falsâ & pravâ interpretatione ſe nil proficere vident, in armis præſidium & jus collocant. Atqui hucuſq; de turba dictum.

De Juda ſequentia ſunt perpendenda.

1. Quis fuit. 2. Quâ re ad facinus tam atrox & nefarium compulſus. 3. Quomodo flagitium tam audax & enorme aggreditur.

1. Quis fuit? Inter duodecim Chriſti Apoſtolos nomen profeſſus: Sed reverà Chriſti inimicus infenſiſsimus. Nomine & ſimulatione quidem apoſtolus, reipſa apoſtata & proditor. Ita multi Chriſtum profitentur verbo: Sed reverà ſunt à Chriſto alieniſsimi. Et profectò nunquàm gravius affligitur Eccleſia, quàm ab ijs, qui in ejus membris cenſeri volunt. Parum igi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

tur proderit Chriſto nomen dediſ-
ſe, niſi profeſsionem fidei fructibus
ornemus, imo melius erit Chriſtum
nunquam cognoviſſe, quàm turpi-
ter cum Juda deficere. Luc. 12.
v. 47.

2. Qua re ad facinus tam enor-
me cōmittendum adactus? 1. Prin-
cipalis cauſa fuit diabolus, quo im-
pulſore omnia mala fiunt. Nam, ut
Leonis Papæ memoratu digniſsi-
mum adducam dictum: Non deſi-
nit hoſtis antiquus deceptionum
laqueas ubiq; prætendere, & ut
quoquo modo fidem corrumpat in-
ſtare. Novit cui adhibeat æſtus cu-
diditatum, cui gulæ illecebras inge-
rat: cui apponat incitamentum lu-
xuriæ: cui infundat virus invidiæ:
novit quem mœrore concutiat:
quem fallat gaudio: quem metu op-
primat: quem admiratione ſeducat.
Omnium diſcutit conſuetudines,
ventilat curas: & ibi quærit cau-
ſas nocendi, ubi quempiam viderit
ſtudioſius occupari. 2. Impel-
lens

ſens autem cauſa fuit avaritia & animus habendi cupiditate inflatus. Quid vultis mihi dare? inquit, & ego vobis eum tradam. De hac re ita Chryſoſt. O ſceleratiſsimam, inquit, mentem, quibus oculis magiſtrum aſpicere, quo ore oſculari; JVDA, auſus es, ſed hunc furorem immiſit tibi avaritia quæ omnes, qui ei ſerviunt, crudeles efficit atque atroces. Rectè Syrach. 31. v. 5.

Qui amat pecuniam non erit ſine peccato. Et 1. ad Tim. 6. v. 10. Radix omnium malorum eſt avaritia. Huc placet aſſcribere illud Bernhardi: Currus avaritiæ, inquit, vehitur quatuor vitiorum rotis, quæ ſunt puſillanimitas, inhumanitas, contemptus Dei, mortis oblivio. Porrò jumenta trahentia ſunt rapacitas & tenacitas. His ambobus unus auriga præſidet, ardor habendi.

Hic auriga ad augendũ trahens flagel-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

flagellis utitur acerrimis, libidine acquirendi & metu amittendi. Quonam avaritia Bileamum redegerit, Num. 22. videre licet. De ijs autem qui remp. adminiſtrant, quid dicam? Inexplebilis habendi cupiditas, ut jus pervertant, legeſq; venales habeant, efficit. Deut. 16. v. 19. Exod. 23. v. 8. Propter opes, inquit Syr. cap. 27. v. 1. multi injuriam faciunt & qui ſtudent diteſcere injuſti ſunt in pauperes. Quicunq; igitur ex fœnerationibus, illicitis pactis, aut aliàs malis artibus facultates ſuas augere, divitiaſq; corradere conantur, ijſdem Satanæ laqueis irretiti ſunt quibus Judas. 1. ad Tim. 6. v. 9. Qui volunt divites fieri, in tentationem & laqueum incidunt diaboli. Sed verè licet hìc cum Bernhardo exclamare: Heu, quàm paucos invenimus, qui ab hoc laqueo liberari exultent? quàm multos qui dolent, quod parum ſibi videntur irretiti & adhuc quantum poſſunt

ipſi

ipſi ſe involvere & intricare labo-
rant. Sibi quidem perſuaſum ha-
bent avaritiæ addicti & mancipati,
cum domum domui, agrum agro
conjungunt, Eſa. 5. v. 12. & pecu-
niarum magnum cumulum coacer-
vant, ſe ingentem quæſtum facere,
domoſq; ſuas æternas fore, Pſal.
49. v. 12. 13. At amentes & inſani
ſe ſuam ipſorum domum perturba-
re. Hab. 2. v. 6. 7. in noviſsimo
benedictionis expertes fore, Prov.
20. v. 17. & æternæ vitæ jacturam
pati, Eph. 5. v. 5. non animadver-
tunt. Abſit igitur in eorum numero
eſſe velimus, qui benedictionis di-
vinæ & animarum diſpendio, ter-
rena hæc commoda tanto ardore
quærant. Gen. 25. v. 33. Matth. 16.
v. 26. Atq; hoc de ſecunda cauſa.
3. Hiſce tertia accedit cauſa, Judam
ad hoc facinus patrandum impel-
lens videlicet favor & gratia ponti-
ficum ac magiſtratus politici: Pa-
rum enim videtur permultis Deum
offen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

dere, ejuſq; iram ſibi contrahere, dummodo gratiâ & auctoritate apud eos penes quos ſumma rerum, valere poſsint.

3. Nunc poſtremò de Juda cognoſcendum, quibus artibus ſcelus tam deteſtabile aggreſſus. Nactus Chriſtum in horto, prætextu amicitiæ omnia agit. Primùm enim magiſtrum appellat eum, quod reverentię in eo ſignum fuit: Deinde ad amicitiam declarandam & ſignificandam oſculum addit, quo ſigno anteà tamen ſuos inſtruxit aſſeclas. Ambroſius inquit, Amoris pignore vulnus infligis, charitatis offi cio ſanguinē fundis, & pacis inſtrumento mortem irrogas. Primò hinc diſce oſculo inprimis veritatē prodi ab ijs, qui ſe veritati, aut negotio fidei non obſiſtere ſimulant. Deinde animum adverte ad hypocritarū & fratrum falſorum naturam & indolem cognoſcendam, de qua Pſalm. 55. verſ. 22. 2. Reg. 3. verſ. 26. 27.

Ha.

Hactenus quomodo hoſtes Chriſti nocturnis vigilijs inſtitutum, jam diu conceptum & meditatum, adverſus Chriſtum vi & fraude ſuſceperint; & in ſpecie de Juda, proditore, dictum eſt: Nunc de Jeſu cum turba congreſſu, & ſeparatim cum proditore, verba facturi. Ubi agendum nobis erit, 1. Primò de JESV. 2. deinde de turba. 3. Tertiò de Chriſti ſermone ad proditorem directo.

1. De Jeſu hæc ſunt piè cogitanda. Primò commendatur à ſapientia. Jeſus enim vidit omnia, imò ipſa mortis hora eum non latebat. Hinc ſumma conſolatio hauriri poteſt. Novit Jeſus hoſtium conſilia aperta & clandeſtina: Novit quàm arctè premant nos inimici noſtri. In cœlis igitur habitans ridebit: Dominus ſubſannabit eos. Pſalm. 2. verſ. 4. Admonentur quoque impij conſilia eorum non abſcondita eſſe: ideoq; irritam

futu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

futuram illorum adverſus Chriſti membra conſpirationem Pſal. 2. v. 1. Deinde ab amore erga genus humanum prædicatur. JEſus. Ultrò enim ſe hoſtibus capiendum & ligandum offert. Impletur itaq; rurſum illud Eſa. oblatus eſt quia voluit. Proponitur nobis quoq; Jeſu exemplum imitandum. Proceſsit is obviam inimicis, relinquens nobis exemplum, ut, ſi gloria Dei requirat, etiam cruci obviam ire non recuſemus. Tertiò celebratur in Chriſto divina ejus potentia. Nam voce Chriſti, (Ego ſum) adeò terrentur, ut in terram proſternantur. Tanta eſt divini verbi vis & efficacia ad inimicos Chriſti proſternendos. Jer. 5. v. 14 Heb. 4. v. 12. Timeant igitur Chriſti inimici, quantumvis multi & potentes. Nam ſi vox Chriſti, (Ego ſum) tam firma & valida, ut ad eam in terram proſtrati ceciderint: Quid futurum exiſtimas, cum in ira loquetur ad eos? Hæc eadem Chriſti potentia

infir-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

infirmos, adverſus potentiam & ferociam inimicorum, qui omnia machinantur illis mala, erigere & confirmare debet. Unico enim verbo eos profligare, fundere & in nihilum redigere poteſt. Pſal. 37. v. 12. 13. 14. Exempla in Pharaonis, Saulis, Neronis & aliorum lamentabili exitu habes. Quartò commendatur Chriſtus à cura paterna pro diſcipulis. (Si me quæritis, inquit, ſinite hoſce abire.) Non ſumus in inimicorum manu & poteſtate: Sed in Dei verſamur cuſtodia. Eo dicente, ſinite hoſce abire, à rabie diaboli & omnium inimicorum furore tuti ſumus. Pſal. 37. v. 33. 34. &c.

Conjurationem faciant de nobis inimici, Chriſto invito, ne pilum quidem capitis auferre poſſunt. Exemplum illuſtre habes in Jobo cap. 1. v. 10. Sic enim infert ipſe Satanas: Nonne tu vallaſti eum & domum ejus ac quicquid il-

lius eſt per circuitum, &c. Zach. 2. v. 5. Ego ei ero, inquit Jehova, murus igneus per circuitum. Quinto & ultimò tolerantia Jeſu Chriſti commendatur, dum eos ita ad ſe venientes non à terra vivos, ut Chore, Dothan, Abiron, abſorberi permittit: Num. 16. v. 32. Sed rurſum è terra erigi patitur ac colloquio dignatur. Exemplum hoc tolerantiæ erga inimicos exprimendum, ut etiam de ijs benè mereri ſtudeamus. Hæc ſunt breviter dicta, de ijs quæ in Jeſu piè meditanda propoſui.

II. De turba nunc audiamus; Cujus cæcitas & impotentia ac in malo perſeverantia indicantur. 1. Primò tantoperè inimici Chriſti obcæcati ſunt, ut cujus antea ſæpè uſi erant conſuetudine, Jeſum non cognoſcant. Novit enim Deus ſuos cælare, ne ſemper impiorum libidini exponantur. Sic Gen. 19. verſ. 11. Lothum protegit. 4. Reg. 6. verſ. 18. Syrijs cæcitatem incuſsit,

incuſsit, ut Eliſæum non agnoſce-rent. Quæ res ad nos conſolandos contra inimicorum furorem, haud parum momenti habere videtur. 2. Deinde quàm nihil potentiâ & vi poſsint adverſus Jeſum indicatur; dum, eo nomen ſuum profitente, retrorſum acti in terram procidunt. Non oportet igitur nos nimio percelli timore ad inimicorum minas. Significatur etiam hac re impios aliquando à Jeſu exterminandos. Matth. 25. verſ. 47. Maledicti abite à me in ignem æternum. Non tunc impij proſternentur ad momentum ſurrecturi: Sed in inferorum abyſſum præcipites immergentur. Maturè igitur Dei horrendum Judicium metuamus. Horrendum enim incidere in manus Dei. Hebr. 10. verſ. 31. 3. Tertiò perſeverantia in malo manifeſtè in ijs declaratur. Profligati enim inhilo meliores ſurgunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Ita reprobi proſternuntur quidem & flagello Dei de peccati gravitate admonentur: ſed pro duritia ſua & corde quod repiſcere neſcit, theſaurizant ſibi iram in diem iræ & patefactionis juſti Judicij Dei. Rom. 2. v. 5. Atqui hoc de turba.

III. Reliquum nunc eſt ut de Chriſti ad Judam ſermone agamus.

Judas ſigna reverentiæ & amicitiæ talia, qualia nuper expreſsimus, edidit: Chriſtus autem quomodo ſe erga proditorem geſſerit, nunc proinde inquiramus. I. Amice, inquit Chriſtus, ad quid ades q. d. admiratione tui ſtuporis teneor, quod ex intimo & diſcipulo proditor evaſeris. Huc illud ex Pſ. 55. v. 12.13. Si hoc feciſſet extraneus, tolerandum fuiſſet, nunc autem familiaris & domeſticus, cum quo ſvaviter veſcebar, qui me comitabatur in templum Domini, ſuſtulit contra me inſidias. Amici quoq; nomen, quo eum dignatur Jeſus,

adhuc

adhuc relictum eſſe pœnitentiæ locum, ſi relictâ impietatis viâ ad Deum redire velit, oſtendit. Eze. 33. v. 11. O immenſam Jeſu bonitatem & longanimitatem. Quem potuiſſet optimo Jure ad inferos ſtatim detrudere, appellatione amici dignatur. Cum igitur non minori erga nos utatur quotidie longanimitate, pudeat nos nihil in eo dedecorando intermittere. Præterea amicâ illâ & benevolâ compellatione malum bono compenſandum docet: ita tamen, ut ſine adulatione id fiat, à qua piorum animos abhorrere æquum eſt. II. Oſculo inquit, tradis filium hominis? Conſcientiam ejus pungit, dum proditionẽ ſe non fugere affirmet. Quacunq; igitur arte & aſtu homines peccata cœlant, Deum latere non poſſunt. Is enim renes & corda ſcrutatur. Jer. 20. v. 12.

De ſecunda concionis hujus parte videlicet de vinculis Chriſti.

Continet autem hic locus plura
1. Primò enim agit de vinculis Chriſti. 2. deinde de Petri temerario facto. 3. Tertiò de Chriſti Judicio ſuper Petri facto. 4. Quartò de miraculoſa Malchi ſanatione. 5. Quinto de Chriſti oratione ad pertinaces & obſtinatos Judæos. De hiſce quinq; nunc ordine verba ſumus facturi.

De primo videlicet de vinculis Chriſti. Hic duo expendenda offeruntur.

1. Cur Chriſtus vinculis conſtrictus. 2. Quis uſus doctrinæ hujus de Chriſti vinculis.

1. Cur ligatus Chriſtus? Ut propter noſtra peccata ſanguinem ſudabat; Sic noſtra quoq; peccata Chriſtum comprehenſum ligant. Turba enim noſtram agit cauſam; non ſecus ac Dalila, Philiſtæorum nomine, Samſonem debebat vincire. Jud. 16. v. 5. Hoc David fatetur. Pſal. 116. v. 16. Solviſti vincula mea. Non igitur execrabimur

Judæ-

Judæos, ſed noſtra deteſtari delicta tandem incipiamus, quæ Chriſto funes impoſuerunt, eumq; ad tempus conſtrictum tenuerunt.

2. Quis uſus vinculi Chriſti? 1. Conſolationi noſtræ mirificè ejus vinculum ſervit. Eramus enim omnes peccati & mortis catenis cõſtricti & æternæ damnationi obnoxij: Sed Chriſtus ut noſtra vincula ſolveret & ex captivitate educeret, ligari pro nobis voluit. Ejus n. captivitas noſtra libertas eſt: Ejus ignominia noſtra eſt gloria: infirmitaſq; voluntaria, potentia Dei eſt ad noſtram ſalutem. Huc dicta Zach. 9. v.11. Pſ.124.v.7. Coll.1.v.13. Quoties igr. ſentis te laqueo conſcientię conſtrictum ob peccata contineri: toties ad Chriſtum, qui propter te vinculis conſtringebatur, animum convertere debes. Nam Matth. 11. v. 28. Vinctos & conſtrictos peccati & conſcientiæ malæ catenis ad ſe invitat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Venite ad me omnes; & de ſolutione ac liberatione ex Satanæ atq; peccati vinculis, ſacramentis tanquam firmiſsimis ſigillis omnibus ad ſe venientibus cavit. Marc. 16. v. 16. Et Matth. 26. verſ. 26. 2. Deinde ejus vinculum admonet nos de peccatis fugiendis. Rom. 6. v. 18. Et liberati à peccato, mancipati eſtis Juſticiæ. Ut enim Samſon iterum atque iterum Dalilæ inſidijs colligatus, tandem hoſtibus deridendus traditur, Jud. 16. v. 22. Ita qui peccati funibus ereptus deintegrò ſe ei ad ſerviendum ſecundum concupiſcentias tradit, diabolo tandem ligatus committetur Matt. 22. v. 13. 3. Tertiò patientiæ exemplum Chriſtus ab inimicis vinctus nobis præbet: idq; ſive injuriâ affecti vinculis conſtringamur: ſive Deus ipſe morborum, paupertatis omniſq; generis adverſorum, ad carnem noſtram domandam & caſtigandam, vincula injici nobis permittat. Reipſa enim ipſe, quomodo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

modo captivi affecti ſint, expertus eſt. Neq; ideo animum abjicere oportet, quia fortè ſceleribus tuis tibi ipſi vincla injeceris: Sed tum maximè oculi fidei ad Chriſtum vinculis aſtrictum dirigendi, qui tuam captivitatem ſanctificavit adeoq; ipſa ſcelera captivitate ſua expiavit.

De ſecundo. Diximus de vinculo Chriſti, nunc ut de Petri temerario auſu ſermonem inſtituamus, ordo requirit. Petrus perverſa animoſitate, reſponſo non exſpectato à Chriſto, auriculam dextram Malcho præcidiſſe refertur. Notandum hìc eſt permultos, Petri exemplo, in inimicis vindicandis magis privatum animi affectũ ſequi, carniſque ductui indulgere, quàm Dei conſilio, quo privata prohibemur vindicta, morem gerere. Vnde non modo reprehenſione digni judicantur, ſed & in præſentiſsima ſeſe conjiciunt pericula.

De tertio videlicet de Chriſti Judicio ſuper Petri facto. 1. In genere omnium diſcipulorum conatum reprimit. Sinite, inquit, eos uſq; huc, q. d. viâ & ratione illicitâ Dei voluntati & ordinationi reſiſtere minimè convenit: ſed quælibet potius, acerba quantumvis, ferenda. Hæc vox (ſinite uſq; huc) animo & memoriâ ne effluat, videamus. Contra voluntatem enim & mandatum divinum nemini ad arma concurrere conceſſum eſſe, docet: neminemq;, Chriſto prohibente, periculum nobis creare poſſe admonet. 2. Deinde ſpeciatim ad Petrum orationem convertit, quē primâ fronte objurgat, deinde de privata vindicta cavenda inſtruit. Primùm quidem Petrum audaciæ & temeritatis inſimulat. Immitte, inquit, gladium tuum in vaginam. q. d. Non licet tibi tua temeritate, decreto & diſpenſationi Dei impedimentum afferre: Gladio igitur tuo, id eſt, privato, ad mei defenſio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

fenſionem uti non decet. Tum enim vim vi repellere licet, cúm publicâ magiſtratus auctoritate, aliquid tentatur: Sed hîc vindicta Deo committenda. Objurgationi doctrinam addit de privata vindicta fugienda: cujus rationes Chriſtus multas affert, quæ ſingulos ad vindictæ cupiditatem deteſtandam pellere debent.

Propoſitio autem hæc eſt: Privata vindicta fugienda. Rom. 12. verſ. 19. Mihi eſt ultio: Ego rependam. Rationes afferuntur plures tanquam cauſæ impellentes. 1. Prima hæc eſto à juſticia divina. Quia omnis qui acceperit gladium, gladio peribit, ſecundum legem, Gen. 9. v. 6. Quemadmodum enim ſolus Deus hominem ad imaginem condidit ſuam: Sic ejus unius eſt eundem ex ſuo arbitrio tollere: quod non tantum, cum ipſe manum admirandis ſuis

extra-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

extraordinarijs judicijs, prout ipſi placet, admovet, exſequitur: Sed etiam cum eorum utitur miniſterio, quos in eum finem gladio cinxit. Rom. 13. v. 4. Chriſto itaq; ipſo legem ferente, cædes voluntaria, ſine ulla exceptione, morte ple-ctenda eſt. Num. 35. v. 31. 33. 34. Quamvis ergo magiſtratus non eâ, qua par eſt, ſeveritate in homicidis plectendis utitur: Tamen Deus, vindex juſtiſsimus, nec ipſos homicidas inultos, nec magiſtratus inclementem clementiam, nimiamve indulgentiam, qui, poſthabitâ lege divinâ, ſceleratis vel propter lucrum, vel propter generis ſplendorem, vel propter ullas alias cauſas, cum lege Dei pugnantes, impunitatem concedit, inultam relinquit. Sic David; licet acceptâ peccati veniâ, cum regem ageret & nullus eſſet in hominibus à quo ob interfectum Uriam judicaretur & plecteretur: non tamen impunè tulit facinus commiſſum: Sed

per

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

per Prophetam ei denunciari Deus curat, ex ejus domo gladium nunquam abfuturum. 2. Reg. 12. v. 10. Quàm autem multi hanc regionem ſangvine polluant innoxio, quibus pœna non capitalis, ſed pecuniaria irrogatur contra jus divinum, quis non videt? Cogitent igitur magiſtratus, maximè ij, qui cum imperio ſunt, ſe in Dei ſolio non collocatos ut, vel pro ſua, vel ſubditorum libidine, leges, quas Deus perpetuas eſſe voluit & inviolatas, violent ipſi, vel ab alijs violari & imminui, permittant. Si enim hominem à Deo morti deſtinatum è manibus emiſerint, ullâ intercedente causâ legi Dei adversâ, futurum eſt, ut ipſimet pœnam luant. 3. Reg. 20. v. 42.

Obſervandum autem hîc venit, omnes eos gladium accipere, qui non datum à lege, aut magiſtratu arripiunt, eoq; ad proximi perniciem contra juſticiæ normam utun-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

utuntur, ſive ij imperio ſubjecti aliorum, ſive magiſtratum gerant. Atqui hucuſq; de prima ratione. 2. Secundam rationẽ petit à præſidio divino & orationis effectu; An putas, inquit Chriſtus, quod nôn poſſim orare patrem, &c. Contra inimicos enim non tam armis, quàm precationibus agendum. Ambroſius: Arma mea ſunt lachrimæ & orationes; aliter non poſſum nec debeo reſiſtere. Sic Jacob contra fratrem Eſau armis utitur ſpiritualibus, patientiâ videlicet & oratione. Sic David divino fretus præſidio, privatâ vindictâ abſtinendum duxit. Dictum enim à Deo novit: Mihi vindictam, & ego rependam. Neq; conſolatione caret, quod legiones Angelorum pluſquã 12. ſe precibus à Deo impetraturum, ſi opus defenſione eſſet, adverſus hoſce hoſtes, ſpem certam conceperit: ut de paterno Dei animo & liberatione certò nobis conſtare poſsit. Quantum enim unus

An-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Angelus innumeris hominum legionibus prævaleat, ſacra ſcriptura teſtatum facit. Exod. 12. verſu 29. & Eſaiæ. 37. verſu 35.

3. Tertia cauſa ad privatam vindictam cavendam impellens, erit voluntas Dei, de calice cuilibet exhauriendo. Calicem, inquit, quem dedit mihi pater, non bibam illum? Sic David 2. Reg. 16. verſ. 10. 11. 12.

4. Quarta ratio à ſcripturæ veritate deprompta eſt. Oportet enim, inquit, ſic ſcripturam impleri. Jam certum eſt ſcripturam multa & de Chriſti & de fidelium cruce, qui Chriſto inſiti ſunt, loqui: hanc impleri putabimus, quoties ab hoſtibus periculum ullum imminet. Inprimis autem exemplo Chriſti ſub cruce ad conſolationes ſacræ ſcripturæ recurrere diſcamus. Pſal. 118. v. 92. Niſi lex tua delectationes meæ fuiſſent, tunc perijſſem

in af-

in afflictione mea. Atqui hoc ſit dictum de Chriſti, ſuper Petri facto, judicio.

De Quarto videlicet de miraculoſa Malchi ſanatione. Et cum tetigiſſet auriculam ejus, ſanavit eam. Sanatio hæc miraculoſa plura ſuppetit. 1. Primò oſtendit Jeſum eſſe Deum omnipotentem, à quo omnis ſanitas corporalis & Spiritualis ſperanda & exſpectanda.

2. Deinde nos non eſſe idoneos ad audiendum & intelligendum Jeſum, niſi ipſe aures reſtituere dignatus fuerit. Hinc Pſal. 51. v. 10. Audire fac me gaudium & exultent oſſa, quæ contriviſti. Eſa. 50. v. 5. Dominus mihi aurem aperit, nec ego contumax recedo.

3. Tertiò in ſervo ſanitati jam reſtituto, mundi ingratitudo depingitur. Nam beneficio invitatus ampliſsimo animum malevolentiâ plenum in Chriſtum non deponit; Sed hoſtis Chriſti, ut antè fuit, manet.

4. Poſtremò hoc ſuo exemplo

Chri-

Chriſtus ad amorem inimicis etiam præſtandum nos allicit. Matth. 5. v. 44.

Nunc tandem ordo poſtulat ut Chriſti, ad obſtinatos Judæos orationem expendamus. Tanquam ad latronem exîſtis, inquit, cum gladijs. Primùm injuriæ illatæ eos apertè inſimulat, quod armis inſtructi & muniti, tanquam ad hominem maleficum, ad ſe capiendum exierint. Chriſtus vinculis conſtrictus in veritate proferenda, libertate utitur: Sic quoq; fideles Chriſti ſervi, neq; minis, neq; verberibus, aut vinculis deterreri ſe patiantur, quominus liberè loquantur. Licet enim illi propter veritatem in vincula conjiciantur & quaſi facinoroſi affligantur: Tamen Dei verbum minimè vincitur, ut inquit Paulus 2. ad Tim. 2. v. 9. Imo impii & tyranni quantumvis potentes non magis Evangelicæ prædicationis curſum remorari, quam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ſpirantis venti flatum coërcere poſſunt. Deinde docet eos armatâ manu ſibi nullam vim aut violentiam inferre potuiſſe, niſi hora jam præſtò eſſet à Deo ipſis conceſſa. Tertiò hoc omne factum aſſerit, ut ſcriptura perficiatur. Adeò nil caſu in tota Chriſti hiſtoria contigit, ut juſtificetur Deus in ſermonib9 ſuis.

De tertia hujus concionis parte videlicet de diſcipulorum fuga.

Chriſto jam vinculis aſtricto, diſcipuli ſe omnes fugę mandârunt, poſthabito jurejurandò, quo jam hortum ingreſſuri tenebãtur. I. Atqui ita hîc veritas Chriſti elucet. Nam, prout ex Zacharia prædixit, tanquam oves diſperguntur.

II. Monemur deinde non ſitum eſſe in noſtris viribus in bono fortiter perſiſtere: Sed nos debiles ad reſiſtendum & faciles ad labendũ. Pſal. 94. v. 17. 18. Proinde fiduciam non in noſtras vires, ſed in Deum ponamus. Nam, ut Bernhardus rectè ait, ſibi ipſi fidere, non fidei,

ſed

ſed perfidiæ eſt: nec confidentiæ, ſed diffidentiæ magis in ſemetipſo habere fiduciam. Is verè fidelis eſt, qui nec ſibi credit, nec in ſe ſperat, factus ſibi tanquam vas perditum: Sed ſit perdens animam ſuam, ut in vitam æternam cuſtodiat eam. Ut enim aciculæ punctiunculâ omnis è veſica inflata ventus elabitur: Ita vel minima tentatio, Deo nos non ducente & fulciente, nos evertet. Quocirca de nobis modeſtè ſentire diſcamus, memoriâ ſemper tenentes admonitionem apoſtolicam. 1. Cor. 10. v. 12. Qui ſibi videtur ſtare, videat ne cadat.

III. Tùm docemur ſolum Chriſtum redemptionis negotium perfeciſſe: Eumq; in ejus opere ſocium neminem habuiſſe: ſed ejus unius hanc laudem & gloriam eſſe. Torcular enim atteſtante Prophetâ, ille ſolus calcavit: Nec eſt in alio quoquam ſalus: nec enim aliud nomẽ ſub cœlo eſt, quod datũ ſit inter homines,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

per quod oporteat nos ſervari, act. 4.v.12. Porrò quemadmodum primus ille noſter parens turpiſsimâ illâ ſuâ defectione & rebellione meritus erat, ut ab eo omnes deficerent creaturæ, imo ut in ipſum inſurgerent; quam tamen Deus pœnam, pro ſua immenſa clementia, moderatus eſt: Sic oportuit eum, qui noſtrum ſe conſtituit ſponſorem, à reliquis omnibus deſeri, ut ejus obedientia, qui pro noſtris peccatis paſſus eſt, omni noſtro debito perſoluto, in gratiam reciperemur ac jure civitatis cæleſtis cum omnibus ſanctis tandem donaremur. Hiſtoriam de adoleſcentulo, qui comprehenſus à junioribus reliquis fugam adornabat, nunc perluſtrabimus. Plura autem ſigillatim perpendenda ſuppeditat.

1. Primò, quantâ violentiâ impii judæi graſſati fuerint, cum à juvene, nulli obnoxio culpæ, ne quidem abſtinendum duxerint, monemur. Iuvenes ideo quoq;, ad crucem pro

Chri-

Chriſti gloria ſubeundam, paratos ſe oſtendent.

II. Deinde hæc eadem Hiſtoria nos certiores reddit, quod Jeſu meritum, ad omnes credentes, ſive juvenes, ſive ætate provecti ſint, ſpectet.

III. Præterea Dominum ex inimicorum faucibus, quoſcunq; velit, idq; quando, quomodo & quousq; ipſis bonū fuerit, eripere poſſe, docet. Si igitur Satanas nos vel paupertatis metu deterritos, vel bonorum aut dignitatum diſpendio perculſos venetur, non gravatim omnem iſtam ei prædam relinquamus, adDominū omnibus bonis exuti & ſpoliati confugientes: in cujus domo potius in minimis haberi, quàm hujus mundi honoribus & dignitatibus augeri ac delitiis frui, cupiamus & geſtiamus. Melior enim eſt dies in atriis Domini, quàm alibi mille: elegi eſſe in limine in domo Dei mei, potius quàm habitare in taber-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

tabernaculis impietatis Pſal. 84. verſ. 11.

CONCIO QVINTA.

Textus.

Cohors autem & tribunus & miniſtri Iudæorum &c. Et egreſſus foras flevit amarè.

Hucuſq; de rebus in horto geſtis actum eſt: Nunc, prout inſtituimus, eam partem, quæ tractat ea, quæ corā ſummo geſta ſunt & confecta pontifice, attingemus. Hujus autem partis tria conſtituentur membra, quæ deinceps ſingulis proponentur concionibus. Primum membrum ab examine apud Caipham inſtituto initium ſumit. Secuudum de examine ipſo & Chriſti innocentiſsimi condemnatione mentionem facit. Tertium Judæ exitialem interitum repræſentat & ob oculos ponit. In præſentia autem colloquium à Caipha cum Chriſto de ejus doctrina inſtitutum diſcutiemus: & ſimul de lapſu Petri

Petri ejuſq; reſipiſcentia dicemus. Ter enim Chriſtum abnegat & abjurat: et tamen galli cantu excitatus, Chriſtiq; benigniſsimo aſpectu invitatus, commiſſum peccatum ex animo deflet, & ſpe miſericordiæ divinæ ſuffultus peccatorum remiſsionem impetrat.

Partes concionis hujus principes duæ conſtitui poſſunt.

I. De Caiphæ cum Chriſto diſputatione & colloquio, de ejus doctrinâ.

II. De Petri horrendo lapſu ejuſdemq; verâ & non fucatâ pœnitentiâ.

De prima parte.

Cohors igitur & tribunus) Chriſtus vinculis conſtrictus primùm ad Annam, deinde ad Caipham ducitur; ubi quàm iniquè & inhumaniter tractatus fuerit, ex textns explicatione apparebit. Nos autem, ut omnia juſto perſequamur ordine, primùm de turbâ: deinde de

ijs, quæ initio apud Caipham acta commemorantur, ſermonem inſtituemus.

1. De turba: Hæc Jeſum ligatum ad Annam adulationis ac gratiæ ejus venandæ cauſà, ducit. Ubi obſervandum venit, multa iniquiſsima in gratiam Dominorum ab impiis committi ſervis. Sic 1. Reg. 22. v. 18. Doëgus Idumæus, imperante rege, ut Iehovæ perimeret ſacerdotes, ſacerdotibus 85. vitam ademit.

II. Quoniam de Jeſu vinclis ſuprà à nobis dictum eſt, de iis, quæ in ædibus Caiphæ geſta & conſtituta ſunt, nunc agemus.

Vbi primò Caiphæ officium & conſilium conſiderabimus: deinde conſpirationem in Chriſti necem factam videbimus: Tertiò colloquium ejus cum Chriſto enucleabimus: Quartò ſervi in humanitatem & Chriſti ad eundem apologiam repræſentabimus.

1. De primo videlicet de Caiphæ officio & conſilio. Caiphas eo an-

no

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

no Pontificem egiſſe fertur. Ubi conſiderandum erit, quis tunc temporis populi Judaici ſtatus fuerit. Cautum erat lege divina, Exod. 29. v. 29. de ſummo ſacerdote non abrogando, nec alio in alterius locum ſufficiendo, niſi qui pontificatum gereret, vitâ defungeretur. Hac lege poſthabitâ, annuatim pontifices creabantur, adeò ut qui plurimum dependeret, aut principibus affinitatis vel conſangvinitatis vinculo conjunctus eſſet, primus pontificatui adminiſtrando præficeretur. Unde illorum avaritiam neglectum divinæ voluntatis peperiſſe, manifeſtum eſt. Ut autem pontificum munera apud ſummos ſacerdotes venalia fuêre: Ita non modò in papatu officia pretio redempta haberi: Sed & in iis, quibus ſatis perſpecta eſt voluntas Dei, de hujusmodi avaritiâ fugiendâ, omnia ferè eſſe venalia, compertum habemus. Ut enim quis plurimum numerare auri

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

& argenti poteſt: ita primum ad ſummum dignitatis faſtigium evehi ſolet. Fugiant proinde & deteſtentur hujusmodi vitium Epiſcopi, præfecti & omnes alij ordines, niſi in odiũ Dei incurrere velint. Tantum de Caiphæ officio.

Conſilium ejus nunc expendamus: quo ut unus pro populo morri traderetur, expedire ſignificabat. Rabiem enim & furorẽ populi hac ratione ſedari poſſe exiſtimabat: nullã interea agẽs curam, quo jure, quave injuriâ Chriſtus interimeretur. Sed ſi rem ex Dei decreto ſapiẽtiſsimo metiamur, verè expediebat Chriſtum pro populo mortẽ obire. Niſi enim ille mortẽ oppetijſſet, de omniũ ſalute actum fuiſſet. Efficatiam igitur mortis Chriſti admodũ pulchrè depingit, dum eam populo toti ſalutarem futuram prædicit. Nam vel invitus, Chriſtum ad Judæos & gentes ſimul pertinere docet. Galat. 3. v. 28.

Præterea Deum gloriâ ſuâ nun-

quam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

quam deſtitutum iri experimur. Si enim homines eam opprimerent, ex beſtijs ipſis eam Deus eliceret. Num. 22. de aſina Bileami.

II. De ſecundo. Quod ad conſpirationem in Chriſti necem factã, ea ſatis declaratur, dum Chriſti innocentiſsimi gratiâ, tantâ conveniunt frequentiâ Phariſæi, ſcribæ & pontifices. Completur itaq; prophetia ex Pſal. 2. v. 2. Aſtant reges terræ, & Principes conſiliũ capiunt pariter adverſus Jehovam & adverſum Chriſtum ejus.

Quod autem judices tanto ardore hanc egerint cauſam, ut, vix exſpectato diluculo, ad eam dijudicandam frequentes convenerint, nobis ſilentio prætereundum non videtur. Si enim eam diligentiam, ſtudium & ardorem in cauſâ juſtâ cognoſcendâ & dijndicandâ adhibuiſſent, ſummâ profectò laude digni fuiſſent. Convenit autem in eos alioſq; hujusmodi querela Eſä.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

59. v. 7. 8. Pedes eorum ad malum currunt & feſtinant, ut effundant ſangvinem innocentem: &c. Attamen iniquiſsimi iſti judices ad ſcelus nefandum tantam afferentes diligentiam & ardorem, arguunt & judicant eos, qui ſcientes prudentes, ſeu malitiâ, ſeu negligentiâ lites de die in diem extrahunt, ſive in judices, ſive in litigantes mali iſtius culpa conferatur.

Qvi itaq; hæc in cauſarum deciſionibus ſæpius non ſine multorum querelâ vident & adnimadvertunt, & in hujusmodi juris dilatores & corruptores poteſtatem habent; de hiſce corrigendis & amoliendis ſerio cogitare debent; niſi & ipſi hujus injuſticiæ pœnas Deo, cujus vicarii ſunt, dare velint.

III. De Tertio, videlicet de colloquio Caiphæ, cum Chriſto de ejus diſcipulis & doctrinâ, inſtituto. Caiphas autem quæſtionem movens de doctrinâ & diſcipulis Chriſti, ſuam prodit negligentiam & ſocordi-

cordi-

cordiam. Qvid enim turpius do-
ctori & præſidi, cui templi cura
commiſſa, quàm ignorare ea quæ
in templo geruntur & tractantur?
Sed callidiſsimus nebulo hac quæ-
ſtione occaſionem inferendi Chri-
ſto crimen hæreſeos & ſeditionis
venatur.

Chriſtus porrò auditâ & cogni-
tâ ejus quæſtione, modeſtè ejus
taxat negligentiam in ſuâ doctrinâ
deguſtandâ & imbibendâ: & ad
auditores ſuos provocat, quorum
ſtare judicio non veretur. Hac
Chriſti reſponſione miniſtri verbi
Dei ſui quoq; admonentur officii,
quod in hiſce ſitum eſt, 1. Ut Evan-
gelium non in angulis, ſed coram
omnibus proclament, ne canibus
comparentur mutis. Huc manda-
tum Chriſti, Mar. 16. v. 15. Prædi-
cate Evangelium omni creaturæ.
2. Deinde ut ita ſincerè & purè cæ-
leſtem diſpenſent doctrinam, ne
piorum judicia ſubire formident,
ſed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ſed rationem fidei, quocunq; tempore, reddere non abhorreant, aut recuſent.

IV. De quarto videlicet de ſervi inhumanitate, quã nunc paulo fuſi9 depingere in animũ induxi. Servus pontificis omni exut9 humanitate, cognitâ Chriſti reſponſione, alapã ei impingit, ut hac ratione domino ſuo gratificari poſsit: Chriſt9 verò injurię illatę cauſam moderatè quęrit. Nos primo de ſervo; deinde de Jeſu verba ſumus facturi. Ex ſervi inhumanitate plura elicienda ſunt.

I. Verũ eſſe, quod à Comico memorię proditum eſt, apparet: veritas odiũ parit. Vera enim protulit Chriſtus, & ideo colaphum impijſſimus ſervus ei inflixit. Idem Jeremiæ, Micheæ, reliquiſq; veritatis profeſſoribus contigiſſe compertũ habemus. Ut enim illis quibus dolent oculi, moleſtus eſt lucis aſpectus, gratæ autem tenebræ: Sic veritas ingrata eſt ſtolidis, mendacium autem ſuave & gratum.

II. De-

II. Deinde etiam illud tritum ſer-
mone Proverbium, cum veritate
conſentaneum eſſe, elucet atq; ma-
nifeſtum eſt: Quales Domini, tales
ſervi. Prov. 19. v. 12. Principis au-
ſcultantis verbo mendacij, omnes
miniſtri ſunt impij. Plutarchus in-
quit; ſin malus, illi quoq; mali ſunt.
Nam oculos convertunt in princi-
pem & cum intelligunt eum verbis
& rebus vanis delectari, ſtatim ſe ei
accommodant & ei ſe approbare
ſtudent. Oſeas 4. v. 8. Erit populus
qualis eſt ſacerdos: ut in vitijs, ita
in ſupplicijs pares erunt.

III. Tertiò hic idem ſervus adula-
torum quoq; ingenium & indolem
repræſentat. Quos enim Dominis
ſuſpectos & inviſos olfaciunt, hos
ſugillant & obtrectant, odio perſe-
quuntur & nullâ non injuriâ affici-
unt. Talis Doëg Idumæus, de quo
1. Reg. 22. v. 9. 10.

Verba quæ colapho addita ſunt
in Chriſtum (deberes ita ſummo re-
ſpon-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ſpondere Pontifici?) inſignem emphaſin, adulatorum naturam mirificè exprimentem, habent; Dominum enim ſuum in os laudare non veretur, & aures ejus fricare non erubeſcit: Neq; quod innocentem traducat, & verberibus afficiat in gratiam Domini, pudore ſuffunditur. Hujusmodi calumniarũ cuniculis adulatores aulici aulicos concionatores, veritatem non ſimulantes, petunt & oppugnare contendunt: Nunquid ita huic adverſus clementiſs. Dominum noſtrũ concionari, aut invectivas orationes inſtituere licebit? Qvouſq; tandem hujus perrumpet audacia? Majeſtatem lædi, auctoritatemq; minui prætendunt. Memoriâ autem repetent ii, qui dominantur & rerum potiuntur, quod à Salomone dictum eſt, Prov. 28. v. 23. Melior eſt vir qui redarguit, quàm qui adulatur. Prov. 29. verſ. 5. Homo qui alteri aſſentatur, ejus greſsibus obtendit rete. Demarathus, dictante Plutarcho,

cho, poſtquam cum ipſo colloqui-um Orontes habuiſſet aſperius, cui-dam dicenti, aſperius tecum egit O-rontes, ô Demarathe, reſpondit; ni-hil in me peccavit. Nam qui blan-diuntur, lædunt, non qui agunt a-cerbè. Ut enim corvi cadaverum o-culos effodiunt: Sic adulatores ſuis laudibus hominum animos corrum-punt. Proinde Sigiſmundi impera-toris laudabile factum commemo-ratur, quod principes & alij, qui di-gnitate & honore aucti ſunt, imi-tentur, qui adulatori ſupra modum laudibus ipſum efferenti, colaphos inflixiſſe fertur: dicentiq; illi, cur me plagis afficis imperator? Cur me, inquit Sigiſmundus, mordes a-dulator. Memoriâ perpetuâ Davi-dis egregium facinus in Amaleci-tam, hypocritam & adulatorem in-ſignem, dignum eſt, de quo 2. Reg. I. v. 15. 16. Cum enim is Coronam Saulis, inimici Davidis, capiti, & brachio armillam detractam, Davi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

di afferret, exiſtimans ſe hac ratione gratiam apud eum initurum, præmiaq; inſignia, ob inimicum Davidis interfectum & ſpoliatum, reportaturum: David adulatorem pœnâ capitali multandum ſtatuit. Utinam Reges & principes non minori ſeveritate in adulatores iſtos aulicos ſtatuere tandem in animum inducant. Ut enim Actæon ab alumnis ſuis canibus interijt: Sic adulatores & paraſiti aulici, eos à quibus aluntur, niſi maturè illis occurratur, peſſundabunt.

Ut autem in ſervo inexcuſabilis ſe exerit malitia in Jeſum Chriſtum: Ita in hoc, pontifex ſummus culpâ carere non poteſt, quod ſervum iniquè agentem non reprimat. Magiſtratus enim non modò à vi temperare, ſed etiam ne illorum ſervi in ſubditos ſæviant, ſedulò debent curare. Huc illud: Magiſtratum adeptus pravis miniſtris ne utitor: eorum enim quæ illi peccarint,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

rint, culpa in te transferetur. Ne itaque pœnam impiorum ſervorum ipſi magiſtratus luant, Davidis exemplum non relinquentis Rehabum & Baænam, Isboſeti, ſui inimici, interfectores, impunitos, imitari & exprimere debent: qua de re vide. 2. Reg. 4. v. 10. 11. 12.

Porrò cujuſmodi famulorum delectum, eos qui alijs præſunt, habere oportet, Pſalm. 101. videre licet; quem ut Reges, principes, alijque qui cum imperio ſunt & magiſtratum aliquem gerunt, ſtudiosè legant, intelligant & in imitationem trahant & adumbrent, permagni refert.

Diximus de ſervi inhumanitate: Nunc de Jeſu Chriſto dicendum: ubi primùm apologeticū ejus ſermonem contemplemur: deinde

cur colaphis affici voluerit, ſcrutemur.

Chriſtus pacatè admodum quęrit, cur ſe verberibus ſervus affecerit & non potius jure agendum duxerit. Commendatur nobis filij Dei longanimitas & patientia, de qua ita Ambroſius: Magna Domini potentia, ut non ſtatim peccatorem puniat, ſed diu differat exſpectans correctionem, nec commovetur ad ulciſcendum. Hac ejus patientiâ & tolerantiâ ne & nos abutamur, videamus. Infligimus enim Jeſu non unum, ſed innumerabiles colaphos, non modò cum verberibus ejus membra perſequimur: ſed & quoties dedecore nomen ejus afficimus: ventris aut favoris gratiâ Chriſtum abjuramus, verbo ejus contradicentes, aut veritatem diſſimulamus, & quocunq; modo corrumpimus & depravamus. Qui autem confidenter manus ad percutiendum miniſtros Chriſti extendunt, quid Jeroboamo illi, de quo

3. Reg. 13. v. 4. contigerit, ſecum reputent.

DeindeChriſti exemplo juſtam defenſionem cum moderatione nõ eſſe interdictam, ſed conceſſam, docemur. Sic Paulus actorum 24. v. 10. &c. cauſam dicit; Annaniâ aſtantibus negotium dãte, ut ipſum percuterent.

Tandem hęc eadem Chriſti defenſio captivos duriter non tractandos admonet. Sic Gen. 39. v. 21. magiſter carceris ſingulari uſus eſt erga Joſephum humanitate & clementia.

Cur alapis Chriſtus affectus, nunc tandem conſideremus.

1. Prima cauſa fuit ut vaticinium perficeretur. Thren. 3. v. 30. Dedi maxillam meam percutienti. Eſa. 50. v. 6. Tergum meum verberantibus, genaſq; vellicantibus præbeo.

2. Secunda cauſa, ut de peccati

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

gravitate & iræ divinæ magnitudine admoneremur. Peccatis enim meruimus noſtris, ut perpetuis à Satanâ multaremur plagis.

3. Tertia cauſa fuit, ut exemplũ patientiæ nobis relinqueret. Matt. 5. v. 39.

4. His annumeranda & quarta cauſa, ut ſcilicet firmam haberemus conſolationem, adverſus peccatorum multitudinem & iræ divinæ rigorem. Huc illud Cyrilli: Dedecorati peccato fuimus; quam notam inuſtum Chriſto dedecus deterſit.

De ſecunda parte.

Duo expendenda in hac ſecundâ parte offeruntur. 1. alterum de lapſu Petri. 2. alterum de ejuſdem pœnitentiâ. Eſt enim Petrus in promittendo audax: in ſervando trepidus: in emendando ſedulus.

In lapſu Petri duo rurſum conſideranda occurrunt. 1. de lapſus

occa-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

occaſionibus: 2. de ipsâ tentatione lapſuſq; gravitate.

De occaſionibus ita ſtatuendum. Prima & principalis cauſa lapſus Petri, fuit innata confidentia & amor ſequendi Chriſtum. Majores enim ſpiritus viribus ſuis ſibi ſumebat. Hujuſmodi temeritas permultis peccandi occaſionem attulit. In noſmetipſos igitur deſcendamus, ut quàm ſimus ad reſiſtendum malo & perſeverandum in bono fragiles cognoſcamus, cum Auguſtino ex animo dicentes: Domine, inquit, confiteor, ut me docuiſti, nihil aliud ſum quàm univerſa vanitas, & umbra mortis & abyſſus quædam tenebroſa, & terra inanis ac vacua, quæ ſine tuâ benedictione non germinat, fructum quoq; non facit, niſi confuſionem, peccatum & mortem. Si quid unquam boni habui, à te recepi, quicquid boni habeo, tuum eſt, vel à te habeo.

Si quando ſteti, per te ſteti. Si quando cecidi, per me cecidi, & ſemper in luto jacuiſſem, niſi tu me erexiſſes, ſemper cæcus fuiſſem, niſi tu me illuminaſſes: quando cecidi nunquam ſurrexiſſem, niſi tu mihi manum porrexiſſes. Poſtquã me etiã erexiſti, ſemper cecidiſſem niſi tu me ſuſtinuiſſes: ſæpius perijſſem, niſi tu me gubernaſſes.

Secunda cauſa per accidens dici poteſt Johannes, cujus interceſſione Petro ingrediundi poteſtas facta eſt. Unde monemur nos ſæpius detrimentum inferre amicis, dum emolumento eis eſſe & adjumento animo meditamur. Johannis tamen exemplo ij, qui apud magiſtratum, alioſvè qui dignitate & honoribus excellunt, gratiâ & auctoritate plurimum poſſunt, invitantur, ut vilioris fortunæ homines ad optima quæque provehere & promovere ſtudeant.

Tertia cauſa locus fuit, nec non conſortium, cui ſe adjunxit Petrus.

Stat

Stat enim cum pontificis ſervis, frigus externum volens depellere, dum intra pectus frigore omnis virtutis prematur. Quod Petrus Dominum ſequitur, argumentum amoris eſt: quod eminus ſequitur, timoris: quod inſerit ſe gregi aulicorum Pontificis, ſtultitiæ & incogitantiæ eſt: Nam qui tetigerit picem coinquinabitur ab illâ. Ut aconitum etiam contactu necare fertur: Ita quorundam convictus protinus inficit, aut ſi vel tantillum cum illis inceptas commercij.

Obiter hîc quoq; notandum, multum periculi creari ijs, qui in principum aulis, præſertim à verà pietate abalienatorum, verſantur. Nam aut maximis expoſiti erunt periculis; ſi in pietatis tramite fideliter pergendum ſtatuerint; cujus rei teſtes Daniel, Baptiſta alijq; plures; aut, metu perculſi, ad impietatem Chriſtiq; abnegationem impelluntur. Diogenes igitur interro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

gatus quomodo quis vivere debeat ſub poteſtate? perinde atq; igne utendum eſſe dixit: neq; nimis propè accedendum, ne exuraris, neq; nimium procul, ne rigeas. Atqui tantum de cauſis.

Tentationem ipſam Petri nunc videamus. Deſcribitur primò ancillæ levis velitatio, ſeu quæſtio, an ſcilicet eſſet ex Jeſu diſcipulis. Deinde miniſtri rem paulò acrius urgent. Tandem cognatus Malchi, cui aurem Petrus in horto amputavit, accedēs, graviſsimâ tentatione Petri animum debilitavit & fregit. Cepit enim Petrus jurare & deteſtari ſeſe, quod hominē ſcilicet Chriſtū nunquam noverit. Factus eſt itaq; Petrus diſsimulator, mendax & perjurus. Atq; ita miſer peccator ſemper in deterius rapitur, donec tandem in viam Domini per gratiam Dei redire incipiat. Noli ergo, quiſquis es, humanis niti viribus.

Cur porrò Chriſtus Petrum pro ſuâ potentiâ & bonitate non ſuſtinue-

nue-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

nuerit; ſed caſui graviſsimo obnoxium fieri tantum virum & in domeſticis præcipuum permiſerit, ex hoc GREGORII dicto conjecturam capere licet: Magnarum, inquit, ſe virium eſſe homo crederet, ſi nullum unquam earundem virium defectum intra mentis arcana ſentiret. Tentatus autem non ſolum à quo vires accipiat, diſcit, ſed quantâ eas vigilantiâ ſervare debeat, intelligit.

Quàm præterea enorme ac deteſtabile fuerit Petri peccatum, ex Chriſti dicto Matth. 10. v. 33. convincitur. Qui negaverit me, inquit, coram hominibus, negabo & eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt: Graviſsimum Chryſoſto. dictum, ſuper hæc Matthæi verba, ſilentio prætereundum non videtur: Conſidera, inquit, deniq; ne dicant etiã fideles Chriſtiani: ſi neceſſitas perſecutionis advenerit, inteꝛim coram hominibus denegabo, ne

patiar

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

patiar pœnas, in corde autem meo veritatem teneo Chriſti: ideo non dicit, qui me confeſſus fuerit in corde ſuo, ſed coram hominibus. Quoniam qui coram hominibus non confitetur, non prodeſt ei aliquid, quod in corde credit in Chriſtum. Quia qui ore denegat, non poteſt fieri, ut in corde credat. Radix enim confeſsionis fides eſt cordis. Confeſsio autem fructus eſt fidei. Sicut ergo quamdiu radix eſt viva, neceſſe eſt ut aut ramos producat, aut folia: Si autem non produxerit, ſine dubio intelligis, quod radix ejus in terra ſiccata eſt: Sic quamdiu cordis fides integra eſt, ſemper germinat confeſsionem in ore. Si autem confeſsio non fuerit oris, intelliges ſine dubio, quia fides cordis ejus jam ſiccata eſt. Sic enim dicit Apoſtolus: Corde creditur ad juſtitiam, ore autem fit confeſsio ad ſalutem. Ergo nec valet confeſsio oris ſine fide cordis; nec fides cordis, ſine confeſsione oris (quando

ea

ea ſc.requiritur (hęc ille. Ut igit.ſpiritu fortitudinis roboremur, unicè à Deo petamus. Auguſt. inquit: Domine da quod jubes & jube quod vis. Jubet ille ut conſtantiam ad finem uſq; ſervemus, ut robur quoq; conferat, ſubmiſsè rogemus.

Hoc enim præditi cum Anaſtaſia dicere poſſumus, quæ ad ſupplicium pro Chriſti gloriâ pertracta exclamaſſe dicitur. Melius mihi eſt ut moriar, quàm ut filium Dei abnegem & credentibus in eum ſim offendiculo. Atqui hoc ſit quam breviſsimè de Petri lapſu dictum.

Reliquum nunc eſt, ut Petri pœnitentiam attingamus: quæ ideo penitius eſt inſpicienda & ad trutinam revocanda, cum, Auguſtino atteſtante, nil magis nos Deo conjungat, quàm anima reſipiſcens, quæ ſua peccata & imperfectiones ſentiat & aſſiduè plangat; & non ſit quo fugiamus à Deo irato, niſi ad Deum placatum.

Enu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Enucleabimus proinde 1. quibus occaſionibus Petrus ad reſipiſcentiam invitatur: 2. Quomodo per ſeriam pœnitentiam in gratiam cum Deo redierit: 3. Et qua ratione Petri exemplum in imitationem trahendum; ubi ea quæ ad veram requiruntur pœnitentiam attingemus.

De primò. Occaſionem agendi pœnitentiam primò galli cantus Petro attulit. Hoc enim audito, in memoriam admonitionis iſtius (antequam gallus canat, ter me negabis) redit. Voce igitur galli excitatus, quâm turpiter à Chriſto defecerit, animo revolvere primùm incipit.

Nobis autem gallum canere credamus & reſipiſcendi occaſionem præbere ducamus, quoties verbi præconem ad vitæ ſanctitatem exhortari audimus. Sic Nathanis voce David invitatus & excitatus, pœnitentiam egit: Sic Ninivitæ

Jonæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Jonæ concionibus provocati ad Deum redierunt. Huc triſtiſsima illa querela, quam de induratis Judæis Jeremias cap. 7. v. 26. Non obtemperavêre mihi, nec aures præbuêre, quin obfirmatâ cervice fuere majoribus ſuis vitioſiores. Monente igitur nos vel ipſo Dominò per Evangelij miniſtros, vel etiam propriâ conſcientiâ, reſiſtere minimè oportet: Sed cum timore & revereutiâ ſpiritus ſancti admonitionibus tam ſonora voce indies clamantis & exhortantis locum demus, ne nobis contingat, quod comminatur Deus Proverb. 1. verſu 24. 25. 26. Propterea quod vocavi & renuiſtis &c. Etjam ego in contritione veſtra ridebo, ſubſannabo cum venerit timor veſter.

Deinde miſericordiſsimo Jeſu aſpectu ad gratiam conſequendam Petrus invitatur. Nam Chriſtus ocu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

oculos ad eum dirigens, non modò lapſum ei inculcavit, ſed & ſpem gratiæ inveniendæ & accipiendæ fecit. Rogemus proinde & nos, ut Chriſtus nos oculis miſericordiæ reſpicere dignetur, ut cum Petro dignè flere poſsimus ac meritum Jeſu nobis applicare.

Tertiò, occaſionem redeundi in gratiam cum Deo obtulerunt Petro promiſsiones ſuaviſsimæ, quibus anteà mentem imbuerat ſuam. Matth. 9. v. 13. Matth. 11. v. 28. Et ex Zachariæ 13. v. 9. 10. 11. de collectione ovium diſpergendarum. Harum & ſimilium promiſsionum memoriam nos ſemper cum Petro recolere animoq; meditari oportet: inprimis cum aut Satanæ tentationibus infeſtati & victi, aut carnis illecebris decepti in Deum graviter peccaverimus. Atqui huc uſq; de occaſione.

De reſipiſcentiâ Petri nunc agendum.

1. Primò lapſum fatetur. Recorda-

datur enim verborum de ternâ abnegatione. In corde itaq; coram Deo ad lapſus confeſsionem adducitur.

2. Egreditur. Pudet enim eum delicti commiſsi, & in poſterum occaſionem delinquendi vitare ſtatuit.

3. Lachrymas fundit amariſsimas. Quo & dolore ſe angi propter malum commiſſum ſignificabat, & gratiam ſe conſequi poſſe ſperabat.

Ex hac Petri reſipiſcentiâ, quæ ad ſeriam pœnitentiam ſpectant, nunc expendamus. Requiruntur autem ad veram pœnitentiam hæc ſequentia.

1. Peccatorum ſeria confeſsio. Pſalmo. 32. verſu 5. Danielis 3. verſ. 29. 30. Huc illud Auguſtini: Ratio Dei inducendi ut peccata noſtra excuſet & tegat eſt, ſi ea detegamus & nos ipſos accuſemus.

Nos ille evehit cum nos ipſi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

condemnamus. Obliviſcitur peccatorum noſtrorum cum nos ipſi meminimus: Deniq; nos in pretio habet, cum nobis ipſi vileſcimus: Nos invenit, cum in nobis ipſis perditi videmur: Et nos plurimi facit, cum nos ipſi nihili facimus. Ut igitur mendici fæda ulcera prætereuntibus monſtrant, quo eos ad miſericordiam flectere poſsint: Sic & nos conſcientiæ ſauciatæ ulcera & peccata Deo aperiamus. Hæc peccatorum ingenua confeſſio non eſt longius proroganda & proferēda: ſed admoniti voce galli ideſt, miniſtri verbi Dei, maturè cũ Davide, Petro & alijs reſipiſcamus, ne tandem & occaſionem & voluntatem reſipiſcendi amittamus.

2. Deinde dolor ob peccatum commiſſum requiritur: qui quidem tantus in Petro fuit ut lachrymas acerbiſsimas ei elicuerit. Hic dolor in primis in mente peccatoris naſcitur, ſi quantis beneficijs, maximè in filio dilecto, nos creator & conſerva-

ſerva-

ſervator noſter proſequutus fuerit, & quanta ingratitudine beneficia tam magnifica compenſaverimus; recolamus: tum ſi iram Dei adverſus peccata animo trutinemꝰ; quam quidem tantam eſſe hęc eadē paſsionis hiſtoria teſtatum facit; ut omnes res creatæ, ne quidem ſaxis exceptis duriſsimis, ad eā quaſi horrore poſſent contremiſcere: & ſoli homines à pietate alieni, qui naturâ aliâs timidiſsimi eſſe ſolent, hoc non facerent? Hujuſmodi animi dolore, ex ſenſu iræ divinæ aduerſus ſua peccata, affecti erant, Manaſſes, David, Magdalena, Petrus, hoc loco & alij, quibus, ſalus æterna unquam cordi fuit.

3. Hiſce accedat fides viva, quæ miſericordiam Dei, quam in dilecto ſuo filio declaravit, intueri debet. 1. Johan. 2. v. 1. 2. Huc illud Chryſoſt. in Pſal. 22. Dei miſericordia, inquit, eſt communis portus omnium qui peccarunt: Et peccatori

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ſolatium & juſto ingens ſecuritas. Ubi miſericordia eſt, pœnæ non expetuntur, in ſalutem minimè inquiritur, excuſationem afferre nihil eſt neceſſe. Quod miſericordia magna ſit perſpectum habeo, quanta ſit comprehendere nequeo, magnitudinis qualitatem ignoro. Niſi ingens ejus magnitudo, pauci, aut nulli, ad ſalutem perveniſſent. Magnus peccatorum meorum cumulus eſt, ſed ingens benignitatis Domini mei ſecuritas. Homo factus eſt Chriſtus, hoc eſt miſericordiæ: Factus eſt id quod tu eras, ut tu quod non eras, efficiaris. Hoc rurſum miſericordiæ. Cum veniſſet Chriſtus ſtatim quoſdam vocavit, Magos nempe. Quem autem poſt illos? publicanum: poſt hunc meretricem: poſt illam latronem: poſt eum quem? Blaſphemum. O res novas & inauditas. Primitiæ vocationis fiunt ij, qui peccati tyrannide tenebantur: Impius es? Magos ob animum tibi pone. Raptor es?

publi-

publicanum cogita. Impurus es? animo tuo meretrix ſe objiciat. Sicarius es? Latro ille ante oculos verſetur. Flagitioſus es? in mentem tibi veniat Paulus, qui prius blaſphemus erat, poſteà Apoſtolus; prius perſecutor, poſtea Evangeliſta. Hæc ille. Quamvis igitur peccata tua tanta ſunt, ut ea metiri, tot ut enumerare, tam gravia & nefaria, ut nunquam ſatis ea deteſtari & execrari queas: Tamen in deſperationem te incidere non oportet. Ubi enim auctum eſt peccatum, ibi ſuperabundavit gratia. Rom. 5. v. 20. 1. ad Tim. 1. v. 14. 15.

IV. Poſtremò requiritur nova obedientia, ut videlicet militemus bonam militiam, retinentes fidem & bonam conſcientiam. 1. ad Tim. 1. v. 18. 19.

Conſiſtit autem hæc nova obedientia in pietate erga Deum: charitate erga proximum: ſanctimoniâ & puritate vitæ, & diligentiâ in

 offi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

officio. Huc illud Auguſtini: Qui de priori peccato veniam habere deſiderat, nullo modo aliud augmentare præparet.

Reliquum igitur nunc eſt, ut Petri pœnitentiam, per totum vitæ curſum, exprimere & adumbratione aſſequi conemur: quod ut à nobis ſedulò præſtari poſsit cum Davide orandum, ut ipſe Deus noſtros dirigere greſſus in ſuâ Veritate per filium ſuum dilectum dignetur, Amen.

CONCIO SEXTA.

Textus.

Principes autem ſacerdotum & ſeniores & totum concilium quærebant falſum teſtimonium &c. tradiditq; Pontio Pilato.

DIXimus in proximâ concione, de Chriſti primâ cum pontificibus congreſsione: in quâ rogatus liberè ad auditores provocavit: quod ægrè ferens Pontificis famu-

famulus ſceleſtus colaphũ Chriſto impegit. Deinde de Petri lapſu ejuſque reſipiſcentia, verba fecimus: Nunc ordo poſtulat, ut de ipſo examine ſermonẽ habeamus. Primùm enim Pontifices, totuſq; ſacerdotũ conſeſſus, falſos teſtes adverſus Chriſtum colligere ſtudent. Deinde de Chriſti perſonâ ſumm⁹ pontifex quæſtionem inſtituit, an videlicet Chriſtus eſſet filius Dei: Hanc queſtionẽ Chriſtus ratam & firmam habet; ſimulq; de ſuâ, ad dextram Dei patris, ſeſsione, & ſuo in extremo judicij die adventu, diſſerit. Tandem, auditâ & cognitâ Chriſti confeſsione liberrimâ, Pontifices unanimi conſenſu eũ ignominiosè tractatum morte digniſsimum judicant.

Partes concionis hujus principes eſſe poſſunt duæ.

I. De examine Chriſti corã Pontificibus & ejus proceſſu.

II. De illuſione facta per nefarios ſervos.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Principes autem ſacerdotum.)

1. Primo agendum de Pontificum, in quærendis falſis teſtibus, impio conatu. Principes enim & ſeniores non modo falſos admittunt teſtes, ſed & ſubornant ac conſtituunt, qui Chriſto crimina affingant, nullâ habitâ legis divinæ ratione, in cujus verba eos juraſſe liquidò conſtat. Ut autem hi ſine rubore in veritate opprimenda omnem lapidem moverunt: ita permulti, magiſtratum gerentes, veritatem iniquis judicijs opprimere non abhorrent. Ac ne fortè impietatis & injuſticiæ inſimulentur manifeſtæ, teſtes quoque falſos adverſus innocentes adhibent, cujus rei exemplum Stephani hiſtoria, in actis cap. 6. v. 11. ſuppeditat: adeò ut vix ulla, etiam hac noſtrâ tempeſtate, tam iniqua adverſus miſeros ſubditos inſtituatur actio, quam tanquam juſtam & legitimam tyranni non obtineant. Si igitur nos iniquis obruamur teſtibus,

ſtibus, eâ re nos frangi non decet. Sumus enim Jeſu conſortes, qui noſtrâ causâ injuriam perpeti non recuſavit.

Deinde horum ſeniorum & ſacerdotum conatus impius docet, non eos ſtatim pro Eccleſiæ membris habendos, qui nomine Dei gloriantur & externis tantum gaudent cultibus: ſed ubi verbum purè ſonat, ſacramenta ritè adminiſtrantur, & ad nutum ac voluntatem Dei, vita & mores confirmantur, ibi veram vigere & florere Eccleſiam certum eſt. Habebant enim Judæi nomen cultumque externum: quia autem à verâ illâ pietate alieni erant, ideo illorum de templo Domini gloriatio inanis & irrita. Jer. 7. v. 4. 5. 6. 7. Quicunq; igitur nomen ſuum, inter viva Eccleſiæ membra, vult profiteri, non modo Chriſtum ore jactabit, ſed & Dei facere voluntatem ſtudebit. Matth. 7. v. 21. Quid enim, quæſo,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ſo, turpius, quàm Chriſto nomen dare, & ab eo vitam alienam inſtituere? aut fidelem ſeſe velle vocari, & promiſsis nullâ ratione ſtare? Diogenes videns quendam vitijs deditum & mancipatum, pallium more Philoſophico geſtantem, ferendum non duxit, ut ita virtutem, quam odio habuit, ſimularet. Itaq; pallium ei detraxit, indignum exiſtimans, ut virtutis inſignia ab illo inquinarentur, cui nullatenus convenirent. Quid ergo facturum putares, ſi tam illuſtria nomina, qualia populi Dei, fidelium, Chriſtianorum, filiorum Dei, à nobis uſurpari: & mores unà noſtros intueretur, planè ſpeciei virtutis, quam præ nobis ferimus repugnantes? Pſalm. 50. verſu 16. 17. Pietas igitur nobis magis in corde, quàm in ore eſſe debet: eamque factis acrius exercere, quàm dictis oportet. Hactenus de seniorum & principum impio conatu in teſtibus falſis cogendis.

II. Nunc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

II. Nunc ſecundo loco de ijs, qui falſum teſtimonium dixerunt, ſermonem inferemus: quomodo videlicet non modo verba Chriſti ſiniſtrè interpretentur, ſed & mendacium componant atque conflent, ut Pontificibus gratificari poſſint. Conſiderare autem hic tria oportet, 1. Quid teſtium falſorum proprium. 2. Quàm graviter peccant. 3. Quæ iſtis conſtituta pœna.

1. Quodnam falſorum teſtium ingenium & quæ indoles? Eſt aut omninò falſum interponere, aut rectè facta vel dicta ſiniſtrè, contra ejus mentem, cujus cauſa agitur, interpretari. Undè Hieronymus: Non ſolum mendacij inſimulandus eſt, qui falſum perhibet teſtimonium: Sed qui verba & ſenſum ſiniſtrè accipit & interpretatur. In utrumque incurrunt teſtes, quibus Chriſti inimici utuntur ad teſtimonium con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

tra eum ferendum. Chriſtus enim dixerat, Joan. 2. verſ. 19. Solvite templum hoc: Teſtes autem falſi Chriſtum dixiſſe referunt; Hic dixit: poſſum deſtruere templum Dei. Deinde Chriſtus ſui corporis morti tradendi mentionem fecit: illi autem, contra Chriſti mentem, ejus verba ad externum templum trahunt. Tertiò Chriſtus dixit: Ego excitabo illud: teſtes falſi dicunt, poſſum ædificare.

2. Quàm grave committunt peccatum falſi teſtes? Peccant in Deum cujus mandatum contumaciter violant: in Dei filium, qui eſt ipſa veritas; in Spiritum Sanctum, cujus habitacula mendacio coinquinant & conſpurcant.

Deinde graviter falſi teſtes in proximum delinquunt, idq; & in judicem & in eum, qui reus peragitur. Nam Judex, qui teſtibus juratis fidem adhibet, fallitur: & proximus ſæpe bonis & vitâ multatur; cu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

cujus rei exemplum in Nabotho occurrit. 3. Reg. 21. v. 9.

3. Qua pœnâ teſtes iniqui plectentur? Prov. 12. verſ. 22. Labia mendacia abominatur Dominus. Prov. 19. v. 9. Teſtis falſus non erit impunitus. Pœna igitur dicta eſt falſis teſtibus primùm in hac vitâ, eaq́; ſpiritualis & corporalis. De illâ loquitur David Pſal. 15. v. 3. De hac, leges conſtitutæ ſtatuunt. Deut. 19. v. 20. & alibi. Deinde in alterâ vitâ, niſi maturè reſipuerint, in æternum à monte ſanctitatis abigentur. Pſal. 15. v. 1. 2. Si itaq́; impunitas falſum afferentibus teſtimonium concedatur à magiſtratu: Dei manum tamen nunquam effugient. Memoriam proinde perpetuam dicti & conſilij Syracidis cap. 4. v. 33. Conſervemus: Potentis perſonæ rationem ne habeto, ad mortem uſq; decerta pro veritate, & vel cum vitæ periculo contende pro juſtitiâ, & Dominus De-

us

us pro te contra tuos inimicos pugnabit.

Nequè enim amici cauſâ quicquam contra veritatem tentare decet: ſed potius hîc cum Pericle dicendũ; qui rogatus ab homine quodã ſibi devinctiſsimo, ut ipſius gratiâ falſum juraret: reſpondiſſe fertur: uſq; ad aram ſum amicus: innuens amicitiæ hominum & favori religionem longè anteferendam. Atqui hoc ſit dictum de teſtibus.

III. Tertiò nunc pontificis iniquum examen expendamus & ad trutinam revocemus. 1. Surgere dicitur pontifex quaſi teſtium approbator. 2. Jeſum innocentiſsimũ ad cauſam dicendam provocat; nihil reſpondes, inquit, ad ea quæ adverſum te teſtificantur? Non obit hîc juſtitiæ munus, dum teſtibus probandi, quæ adverſus Chriſtum dixerant, neceſsitatem imponere deberet. Deut. 19. v. 16. 17. 18. 19. 20. Verum ut Darius in gratiam Satraparum innocentiſs. Danielem in le-

onum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

onum lacum conjiciendum judicavit, Dan. 6. v. 16.

Sic ſummus pontifex in Phariſæorum gratiam de Chriſto gravius, quàm æquitatis leges ferebant, ſtatuit. Cujuſmodi verò oporteat judicem pollere virtutibus, Exo. 18. v. 21 ſignificatur. Tu autem conſidera ex omni populo viros fortes, timentes Deum, viros veridicos, odio habentes avaritiam. Veteres ſolebant prætorijs & tribunalibus, tanquam ſymbolum juſticiæ, muliérculam dextrâ gladium, lævâ libram tenentem appingere: ut admonerent eam demum eſſe juſticiam, quæ abſq; omni perſonarum reſpectu æquâ lance & divitum & pauperum expendit cauſas: & juſto judicio ſontes plectit, inſontes defendit. Sed quid fit? Preſſa eſt paupertas, opulentia ſplendida regnat. Rectè Ariſtoteles dixit: Amor, odium & proprium commodum ſæpè faciunt homi-

hominem non cognoſcere verum. Meminerint proinde qui judicijs præſunt, ſe non hominibus, ſed Deo judicia exercere. 2. Paralip. 19. v. 6.

Vidimus quid falſi teſtes contra Chriſtum attulerint: Vidimus etiam quid ſummus Pontifex in causâ Chriſti egerit: Nunc duo de Chriſto notatu dignisſima perpendenda occurrunt; alterum de ſilentij Chriſti cauſis; alterum de innocentiæ teſtimonio Chriſto dato.

Silere autem placuit Chriſto primò, ut prophetia, quæ Eſa. 53. v. 7. memoriæ prodita fuit, compleretur. Mulctatus ipſe oppreſſuſq; ne mutivit quidem. Deinde ut patientiæ exemplum in iniquis tolerandis Judicijs relinqueret nobis. Nam ſi adverſum te falſi conjurant teſtes, ijſq; magiſtratus ſuffragium dare non obſcurè videtur: cogitabis idem Jeſu, quo non es melior, contigiſſe: commendabis quoque Deo tuam cauſam, qui facit Judicium in-

um injuriâ affectis, Pſal. 146. v. 7. Auguſtini illud memoriâ perpetuâ dignum eſt: Occultari poteſt ad tempus veritas, vinci non poteſt. Florere poteſt ad tempus iniquitas, permanere non poteſt.

Quod autem ad innocentiæ teſtimonium JESV conceſſum, attinet, eum ideo innocentem eſſe oportere, ſciendum eſt, ut nos efficeremur juſticia Dei per ipſum, 2. Cor. 5. v. 21.

IV. Quarto nunc loco, juriſdictionis formam cum Chriſto intueamur ac conſideremus. Interrogatus enim Chriſtus de ſuâ perſonâ, an videlicet eſſet ille Meſsias promiſſus & filius Dei æternus, non modò non liberam edit confeſsionem; ſed & fore comminatur, ut illi qui jam humili filij hominis ſpecie animos offendi paterentur, eum ſedentem â dextris Dei, & in nube venientem, ad judicium exercendum in vivos & mortuos, viſuri eſ-

ſent: Quam reſponſionem longè veriſsimam indignè ferens ſummus pontifex, veſtimenta ſcidit, & apertæ blaſphemiæ Chriſtum inſimulare non abhorruit.

Tria hîc perpendamus. 1. Pontificis ſummi inſtitutum. 2. JESV reſponſum. 3. Zelum pontificis perverſum.

De primo. Quodnam ſummi pontificis inſtitutū? Adjurat Chriſtum ut dicat, an ſit filius Dei viventis. Expendamus primùm quo conſilio Chriſtum adjurarit? Certè non veritatis indagandæ gratiâ, ſed ut condemnandi Chriſtum occaſionem qualemcunq; nanciſceretur. Ita de Ahabo, 2. Reg. 22. verſu 15. &c. memoriæ mandatum eſt, eum quoque Micheam, Jemli filium, adjuraſſe, ut veritatem ſibi diceret; quam tamen ei adeò inviſam fuiſſe apparuit, ut propter veritatis confeſsionem confeſtim eum in vinculis conſervari juſſerit. Eâdem ratione permulti cum

miſe-

miſeris Chriſti mēbris actiones inſtituunt, non ut veritatē eruere poſſint, ſed ut eam opprimere queant. Volunt enim haberi pietatis & æquitatis amantes, à quâ tamē mentes illorum abhorrent.

Ipſa autem adjuratio duo complecti videtur. Primùm enim percunctatur Chriſtum, an ſit ille promiſſus Meſsias, cujus deſiderio patres eorum tantoperè tenebantur. Tempus enim jam adeſſe, quo Chriſtũ venturum vates divini prędixerant, pontificem fugere non potuit. Deinde, an ſit æternus Dei filius, quęrit. Potuit enim ex Chriſti operibus non difficilem capere cōjecturam, hunc eſſe plus quâm nudum hominem. Vidit, inquam, opera Chriſti admiranda: vidit vaticinia de Meſſia edita huic ſoli convenire; & tamen Chriſto fidem adhibere noluit; Quod ne multis hac ultimâ mundi ſenectâ cum hoc pontifice commune eſſet, unicè optandum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

De ſecundo. Quidnam reſponſi tulit à Chriſto? Chriſtus non tacendum, neq; inficias eundum ſtatuit: Sed ſe eſſe Filium Dei liberè fatetur: graviſsimâ additâ commonefactione, de ſuâ majeſtate, gloriâ & imperio æterno, quo, devictâ morte, potiri deberet.

In genere Chriſtus hac ſuâ reſponſione quemlibet, ad fidei rationem reddendam, paratum eſſe debere, docet. Rom. 10. v. 10. Matt. 10. v. 32.

Danielis 3. v. 15. 16. 17. 18. Tres viri in mediam flagrantis ignis fornacem conjici, quàm Deum abjurare, maluerunt.

In ſpecie verò nos de ſuâ perſonâ & officio Chriſtꝰ inſtruit. De perſonâ quidem, quod ſit Filius Dei viventis æternus. Confirmatur itaq; ille ſidei articulus, in quo Jeſum eſſe verum Deum, Patri coæqualem; & verum hominem ex Mariâ virgine natum, confitemur. Conſolationis autem pleniſsimum

eſt,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

eſt, nos Filium Dei unigenitum habere mediatorem, Sacerdotem & regem, imò conſortem in omnibus calamitatibus. Heb. 4. v. 15.

De officio ſuo pluribus nos informat. Primùm enim ſeſsionis ſuæ à dextris Dei Patris mentionem facit; quâ nil aliud, quàm plenum imperium Filium Dei jam exinanitum & contemtum, cum Patre habiturum, confirmat. Regium itaq; & Sacerdotale ſuum depingit munus, de quo Pſal. 110. v. 1. Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. Confirmatur hic alius fidei articulus, in quâ Chriſtum ſedere à dextris Dei, id eſt, æquali potentiâ, cum Deo patre omnipotente, regnare, credimus & confitemur. Quo, ut admonentur impij & perſecutores membrorum Chriſti, Regem tam potentem injuriam ſibi ſuiſque illatam inultam non relicturum: ita membra JESV adverſus calamitatum variarum procellas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

mirificè confirmantur; quod caput illorum in cœlum evectum in ſummo ſit imperio nunquam finem habituro. Vult enim rex hic non modò membrorum ſuorum defenſionẽ ſuſcipere in hac mundi palæſtrâ, eoſq́; ab injuriâ vindicare: ſed & ea, tanquam carnem atq́; oſſa ſua, ad ſe trahere. Joh. 14. v. 3. Nihil, profectò, ad calamitates leniendas, mitigandas & tollendas efficacius excogitari potuit, quàm, non modò Regem habere omnipotentẽ & æternũ qui noſtri curam dieſq́; noctesq́; agat; ſed & carnem noſtrã jam cœlũ occupaſſe, ubi & nos in perpetuo verſabimur Dei conſpectu. Huc illud Bernh. Chriſtus ſolus ingreditur ſancta ſanctorũ: & nemo aſcendit, niſi qui deſcendit è cœlo, Filius hominis, qui eſt in cœlo. Quid ergo nos? itane continuò deſperabimus? imò verò ſperabimꝰ. Licet n. ſolus, ſed profectò totus intrabit, & os nõ comminuetur ex eo, non ſine membris caput invenitur in regno.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

TERTVLIANI illud nobis ſilentio prætereundum non videtur: Quemadmodum, inquit, nobis arrhabonem Spiritus reliquit; ita & à nobis arrhabonem carnis accepit, & vexit in cœlũ pignus totius ſummæ illuc aliquando redigendæ. Securi eſtote caro & ſanguis, uſurpaſtis & cœlum & regnũ Dei in Chriſto: aut ſi negent vos in Chriſto, negent & in cœlo Chriſtum, qui vobis cœlum negaverint. Atq; tantum de Chriſti ſeſsione ad dextram Dei patris.

Nunc ut injuſtos pungat judices, de extremo ſuo in judicij die adventu, verba facit. Videbitis, inquit, venientem in nubibus cœli Filium hominis. Igitur alium judicij diem reſtare altâ repetere memoriâ æquum ac conſultum tam iniquis judicibus fuit. Rurſus hîc Chriſtus confirmat aliquid, nos admonet & conſolatur.

1. Confirmat illum fidei articulũ,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

quo ipſum ad judicandum vivos & mortuos in extremo die venturum certò ſtatuimus & credimus. 1. ad Theſs. 4. v. 16. Matth. 24. v. 30. 31. Luc. 21. v. 27.

2. Admonet omnes homines, cujuſcunq; tandem ſtatus & conditionis fuerint, ut de ratione coram hoc judice, qui eſt ſapientiſsimus, potentiſs. & juſtiſsimus, reddendâ ſerio noctesq; diesq; cogitent, cum Hieronymo dicentes: Sive comedam, ſive bibam, ſive aliquid aliud agam, ſemper vox illa videtur in auribus ſonare meis, Surgite mortui & venite ad judicium. Quoties diem judicij cogito, toties animo & corpore contremiſco; ſi qua præſentis vitæ læticia eſt, ita agenda eſt, ut nunquam amaritudo futuri judicij recedat à memoriâ. Rectè Syrach. cap. 7. v. 37. In omnibus tuis negotijs memento exitus tui & nunquam peccabis. Quia igitur hic judex rationem initurus eſt nobiſcum exactiſsimam, etiam de quocunq;

cunq; verbo otioſo. Matth. 12. v. 36. piam traducamus vitam neceſſe eſt. Purgemus, inquit Lactantius, conſcientiam quæ oculis Dei pervia eſt, & ſemper ita vivamus, ut rationem reddendam nobis arbitremur, putemuſq; nos momentis omnibus non in aliquo orbis terræ theatro ab hominibus, ſed deſuper ab eo ſpectari, qui & judex & teſtis idem eſt futurus, cui rationem repoſcenti actus ſuos inficiari non licebit. Inprimis autem qui judicijs exercendis præſunt, hæc altâ mente revolvere debent: Quales enim ſe ſubditis præſtiterint; talem Chriſtum in hoc judicij die experientur. Perpetuâ memoriâ digna eſſe judico, quæ à Philippo Camerario Medit. hiſt. de Ratisbonenſium judicum jurejurando referuntur: Quiſquis, inquit, ſenator curiam officij causâ ingrederis, ante hoc oſtium privatos affectus omnes abjicito, iram, vim, odium, ami-

 citiam,

citiam, adulationem; Reipub perſonam ſubjicito & curam. Nam ut alijs æquus & iniquus fueris: ita quoq; Dei judicium expectabis. Utinam qui & cauſis cognoſcendis & dijudicandis præfecti ſunt, & qui actiones inſtituunt hæc ſtudiosè & multum animo volutarent. Multi profectò hic condemnantur, qui in extremo illo die juſti declarabuntur: Et multi hic abſolvuntur, qui in illo die rei peragentur. 3. Poſtremò nos efficiaciſsimâ erigit conſolatione in primis contra extremi judicij horrorem. Idem enim JESVS, qui pro te & tuâ causâ judicio ſiſtebatur, judicem acturus eſt: imo is qui dixit Joan. 3. v. 17. Non miſit Deus filium ſuum ut mundum condemnet, ſed ut mundus per eum ſervetur. Quicunq; igitur credit in JESVM, ejus judicium formidare non debet. Abſit enim ut nos, pro quibus tam dira perpeſſus eſt condemnare poſsit.

De tertio. Chriſti reſponſionē

ora-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

oratione ita perſecuti ſumus: reliquum nunc eſt, ut de Zelo Pontificis perverſo, dicamus.

1. Primò, audito Chriſti reſponſo, veſtimentum ſcindit: Cor tamē oportuit ſcindere, Joel. 2. v. 13. Voluit autem Pontifex hoc externo ſignificare geſtu, ſe ægrè ferre Majeſtatem divinā læſum iri: cum tamē homo ſceleratus corde læticiâ afficeretur, quod tandem occaſionem conſilium ſuum deteſtandum ad finem perducendi accepiſſe ſibi videretur. Et revera pietatis ſtudioſos Zelo ardere, cū gloria Dei dedecore afficitur, oportet. 2. Pet. 2. v. 8. Sed quot modis ſacroſanctū Dei nomē inter nos polluitur & dedecoratur? Quod horrendæ dejerationes, abominandæq; blaſphemię paſsim, etiā à pueris, audiuntur? Quis verò animum commoveri patitur? Quis perjuros & blaſphemos ullâ reprehenſione dignos cenſet? Annon decuit nos omnib⁹ modis irā Dei, Ezechiæ

Re-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Regis exemplo , auditis Rapſaces blaſphemijs, avertere? 4. Reg. 19. Maturemus proinde ſinguli in ſua vocatione blaſphemiam divini nominis avertere & removere. Nullo enim vulnere nos magis affici ſauciariq; decet, quàm cum Dei gloriam majeſtatemq́; lædi audimus & aſpicimus. 2. Cor. 11. v. 29.

2. Blaſphemiæ Chriſtum inſimulat apertæ, quod ſe Filium Dei profeſſus fuerit. Et ſanè blaſphemia hîc tanta fuit, quanta vix in mentem hominis venire potuerit; non quidem à Chriſto, ſed ab ipſo Caipha, blaſphemiam in æternum Dei filium evomente, qui tamen omnis maculæ & culpæ expers fuit; & contrà ultor & vindex blaſphemiarum acerrimus.

3. Ad aſſeſſores provocat, ut ſcilicet & judicium faciant, & de Chriſto teſtimonium dicant. O iniquiſſimum & nefandum judicij proceſſum.

4. Reum mortis communi omnium

nium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

nium ſuffragio Chriſtum judicat. Nam Lev. 24. v. 13. lege divinâ, de blaſphemis ab universâ multitudine lapidibus obruendis, cautum erat.

Repetitionem examinis & conſiſtorij ſententiam, quam primâ luce de novo in Chriſtum tulerunt, de induſtriâ ſilentio prætereo. Eodem enim modo hîc proceditur, quo ſuprà. Quocirca pium auditorem repetitione ejuſdem rei nunc onerandum non duxi. Conſolationis autem refertiſsimum eſt, Chriſtum extra omnem reprehenſionem poſitum & ab omni noxa immunem, iniquè morti addictum eſſe. Redemit enim nos hac ratione à ſententia legis damnatoria. Gal. 3. v. 13. Joan. 5. v. 24. Tantum de examine ejuſq; proceſſu.

De ſecunda parte, videlicet de illuſione Chriſti.

Tunc illuſerunt, &c. Chriſtus ſervis impijs deridendus relinqui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

tur, donec principes primâ luce ad conciliũ redeant. Nam magiſtratibꝰ alijs exemplum iujuſticię præbentibus, & impunitate paſsim regnante, non eſt mirum violentiam graſſari. Videamus proinde quanta & quam acerba redẽptor noſter totâ illâ nocte paſſus fuerit, ut animi noſtri ad gratitudinem ei præſtandam accendantur & inflammentur.

1. Primùm faciem ejus conſputant, tanquam ignominioſum, & in nomen Dei blaſphemum. 2. Colaphos ei impingunt & pugnis afficiunt. 3. Irriſione omni dignum cenſent: Unde faciem illi velant & pugnis affectum ut vaticinetur, quiſnam eum percuſſerit, rogant.

Licet igitur hinc aliquâ ratione æſtimare quantus & quàm ingens ſit iræ Dei furor in noſtra peccata, pro quibus expiandis Chriſtus hæc omnia perpeſſus eſt; ut ea tandem ex animo deteſtari incipiamus: Rurſum quàm immenſa & infinita ſit patris cœleſtis miſe-

ricor-

ricordia perſpicere poſſumus. Ut enim nos à perpetuâ vindicaret ignominiâ, paſſus eſt dilectum ſuum filium ignominiosè tractari.

Pia itaq; & ſalutaris illuſionis hujus & ignominiæ meditatio, qua ſalvator noſter appetitus fuit, in hiſce in primis ſita eſt.

1. Primò docet Prophetias completas, de quibus Eſa. 50. verſ. 6. Corpus meum dedi percutientibus me &c. Pſal. 22. v. 7. Ego ſum vermis & non homo, &c.

2. Deinde hæc eadem ignominia, quâ Chriſtus affectus fuit, nos de pluribus rebus admonet. Primò impuritatis & labis internæ, quam ex utero attulimus materno, memoriam nobis refricare debet, de qua Pſal. 51. v. 6. Ecce in iniquitate cõceptus ſum. Ut enim ab hac internâ purgemur labe & puri atq; immaculati ſiſtamur Deo, ideo facies JEſu benedicta conſpuitur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Deplorare igitur naturæ noſtæ impuritatem diſcamus, & ſimul nos JESV Sanguine mundari petamus. Deinde de natura impij mundi, adverſus Eccleſiæ membra, admonemur. Nam ut Chriſto; ſic ejus membris colaphos infligere, famæ ac vitæ pericula creare, omniaq; mala intendere, ad Chriſti extremum adventum, impij non ceſſabunt: Et, quod horrendum eſt auditu, majeſtatem divinam irridere, quaſi non videat, aut omnino non curet, quæ gerantur & adminiſtrentur, non exhorreſcent. O quàm multi faſcijs, Chriſti faciem obvolvere ſe poſſe ſperant & exiſtimant, dum aut membra ejus injuriâ afficiunt, aut aliâs ſecuritati ſe dedunt, quaſi JESVS non videret. Hujusmodi in illorum cenſendi numero, qui Chriſto colaphum impingentes dixerunt; vaticinare nobis Chriſte, quis hoc vel illud fecit? Videt tamen ille, cujus oculis omnia patent, impiorum tyrannidem;

videt,

videt, inquam, ſuorum oppreſsionem oculo vindice & gemitus eorum in conſpectu ejus: videt hypocritarum impietatem, quam vindicabit, & ſi tardare & diſsimulare videatur. Pſal. 94.. v. 9. Tertiò, inſignem picturam hæc eadem Chriſti ignominia pœnæ æternæ, qua animâ ſimul & corpore plectendi eramus, repreſentat. Si enim vitam noſtram & actiones, ut de cogitationibus jam nullum verbum faciam, examinaverimus & ad legis devinæ trutinam ponderaverimus, nos æterno opprobrio, æternâ contumeliâ æterniſq; plagis dignos ipſimet judicabimus. Niſi igitur æternis mulctari pœnis velimus, maturè reſipiſcamus.

3. Tertiò nos conſolatur dedecus Chriſto inuſtum; idq; 1. contra perſecutiones & probra, quibus ab impio mundo afficimur. Ut enim convitia & probra, quibus JESus inſectatus fuit, in gloriam inenarra-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

bilem tranſmutata ſunt, ignominiâ in inimicorum caput recidente; ſic quoq; membrorum Chriſti probra & perſecutiones æternâ compenſabuntur gloriâ. In eo igitur quod eſtis conſortes afflictionum Chriſti gaudete, ut & cum patefiet ejus gloria gaudeatis exultantes. 1. Pet. 4. v. 13. 2. Adverſus iram Dei & æternam maledictionem. Si nos ipſos Deus in judicium pertraxiſſet & pœnâ commeritâ mulctandos ſtatuiſſet, non opprobrio tempore finiendo, ſed æterno, digni eramus. Chriſtus autem miſericordiâ motus ſe vadem pro nobis conſtituit, & à nobis omnem ignominiam abſtulit, ut nos in conſpectu Dei à nævis & maculis omnibus purgati comparêre poſſemus. Epheſ. 5. v. 25. 26. Chriſtus igitur pœnam noſtram in ſuo luebat corpore, ut nos ab æternis eriperet & liberaret probris, & ſplendidos ac gloriæ plenos Patri cœleſti ſiſteret. Quis igitur non judicat redemptori gratam

decla-

declarandam mentem? Huic laus, honor & gloria in ſecula ſeculorum; Amen, Amen.

CONCIO SEPTIMA.

Textus.

Tunc videns Iudas, qui illum prodiderat, &c. Et dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dominns.

HVcuſq; coram pontificibus examen de doctrinâ & perſonâ Chriſti, inſtitutum fuit: Nunc iſta, quæ de Judæ voluntario & exitiali interitu referuntur, expendamus. Latâ enim ſententiâ, de Chriſto morte plectendo, Judæ tandem conſcientia, quæ veluti ſomno ſepulta in ipſo latebat, excitata & expergefacta eſt. Senſu igitur iræ divinæ exagitatus, & conſcientiæ ſtimulo convictus, pecuniâ ad pontifices relatâ, ac teſtimonio de JESV innocentiâ edito, laqueo ſibi ipſi mortem conſcivit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Pontifices autem pecuniam in fiſcum templi referre veriti, conſilijs communicatis agrum figuli ad peregrinorum ſepulturam pro eâ emendum ſtatuerunt; idq; ut Zachariæ prophetia perficeretur.

Partes hujus concionis duæ erunt.

I. De Judæ falsâ pœnitentiâ ejuſque morte exitiali.

II. De ſacerdotum hypocriſi in emendo agro pro nummis argenteis.

De primâ parte.

Tunc videns Judas, qui illum prodiderat &c. Judas principio benè ſecum eſſe actum exiſtimabat, ſi acceptâ pecuniâ, in gratiam pontificum Magiſtrum ſuum proderet: Nunc autem, facinore tam nefando commiſſo, oculi ipſi aperiuntur, ut peccatum non modò ſentire incipiat; Sed & tanto conficiatur conſcientiæ horrore, ut in ſolo ſuſpendio huic malo remedium poſitum perperàm opinetur. Quem ita-

que

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

que Satanas per varia traxit flagitia, eum nunc in deſperationis barathrum præcipitem agit, nullamq; æternæ ſalutis ſpem reliquam ipſi facit. Ut autem hanc de Judæ interitu hiſtoriam commodius in uſum transferre noſtrum poſſimus, hæc ſunt perpendenda. 1. Pœnitentia Judæ falſa, quæ ex collatione cum Petri reſipiſcentiâ conſpectior erit. 2. Exitus Judæ miſerabilis.

De Judæ pœnitentiâ. Primò tempus notatur, tunc ſcilicet cum jam percepiſſet Chriſtum communi ſuffragio morti adjudicatum, facti pœnitentia animum ſubire ejus incepit. Citò ſatis tum reſipuiſſet, ſi ſatis benè.

Nam nulla temporum momenta ei, qui ſeriâ & verâ ducitur reſipiſcentiâ, ſera ſunt. Ezech. 18. ver. 26. & cap. 33. v. 14. 15. 16. Huc illud Auguſtini: Sera pœnitentia rarò eſt vera: vera autem nunquam eſt ſera.

Exemplum latronis in agone mortis pœnitentiam agentis & gratiam invenientis huc accomodari poteſt. Securitatem autem hæc Dei benignitas in nobis parere non debet. Vnde Baſilius: Quid exſpectas tempus in quo non es ſæpè cogitationum tuarum Dominus? Ut multi febricitantes facti ſunt delirantes antequam convaluerunt; Ita multi mortui ſunt, antequam egerunt pœnitentiam.

2. Deinde nummos argenteos triginta pontificibus reddidiſſe ſcribitur. Quod ſignum reſipiſcentiæ non obſcurum eſſe ſolet. Luc. 19. v. 8. Sed fide vivâ deſtituebatur Judas, ideo opus Deo placere non potuit. Heb. 11. v. 6. Malè itaq; partum & quæſitum ſic abjiciatur, ut ne leviter quidem attingatur. Eze. 33. v. 14. 15.

3. Peccati commiſsi liberam quoq; edit confeſsionem, quæ omninò ad reſipiſcentiam eſt neceſſaria. In hac Judæ confeſsione tres quæſtiones

nes diſquiramus. 1. Quibus confeſſus fuerit? 2. Quid? 3. Quid reſponſi tulerit à Phariſæis?

1. Quibus peccatum confeſſus? Sacerdotibus, in quorum gratiam Chriſtum prodiderat. Non confitetur Deo ejuſq; Filio unigenito peccata ſua, neq; ullum ſolatium apud Jeſum qnærit, neq; ſe Apoſtolorum adjungit conſortio. Quid igitur mirū ſi conſolatione omni deſtituitur?

2. Quid confitetur? Primò ſe facinus audax patraſſe fatetur. Peccavi, inquit; Promulgat Judas in ipſo templo, coram viris inſignibus, ſe miſerum eſſe peccatorem, imò in omnibus perditiſsimum: At contrà quàm multos reperias, etiā inter eos quos vita malè anteacta ſatis arguit qui non modò nullo ſenſu affici ſe commiſſorum delictorum teſtatum faciunt, ſed etiā homicidia à ſe perpetrata abnegent, & damnū monitoribus inferre non abhorreant, niſi metu quodam prohiberentur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Neq; profectò deſunt homines præfracti, qui confeſsionem homicidij patrati, quam vis veritatis ipſis in frequenti hominum corona extorſit, negare & abjurare audeant: quos à viâ ſalutis longiſsimè aberrare manifeſtum eſt. Deinde Chriſto innocentiæ fert teſtimonium. Talis enim nos decebat pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus. Heb. 7. v. 26. Vide hic quanta ſit innocentiæ vis in Chriſto.

3. Quid reſponſi tulit à ſacerdotibus, quorum gratiam tàm impensè morte Chriſti venabatur? Quid ad nos, inquiunt, tu videris. Hæc reſponſio plura ſuppetit. 1. Cavendum monet, ne vel pretio conducti vel promiſsionibus magnificis provocati, in gratiam Magnatum mali quid deſignemus. 2. Deinde hac illorum reſponſione docemur magnam imò immedicabilem eſſe Judæorum cæcitatem. Mercede Judam, ut Chriſtum proderet, conduxe-

duxerunt, & tamen nil ad ſe ſpectare opinantur. Verè ad illos, imò in illos eorumq; poſteros redundavit ſanguis innoxius. Quod enim quis per alium exequitur, id ille ipſe facere judicatur. ad Rom. 1. v. 32. In eo prætereà Judæorum pertinacia ſe conſpiciendam offert, quod, Chriſti innocentiâ jam per ipſum proditorem perſpectâ, injuſtam judicij ſententiam de Chriſto promulgatam, non revocandam duxerint: quod tamen ab omnibus æqui tatem amantibus fieri debuit. Eccleſiaſt. 4. v. 30. 31. 3. Tertiò magna inhumanitas in Judæorum reſponſo Judæ dato conſpicitur. Nullâ enim conſolatione miſerum hominem erigunt, ſed auſterâ quadam reſponſione deſperandi occaſionem in conſcientiâ ejus jam enatam augent & fovent.

Huc querela, quæ extat Ezech. 34. v. 4. Infirmas non conſolidaſtis, ægras non ſanaſtis &c. Certò

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ſtatuendum eſt nihil eſſe, de quo magis ſolicitos nos eſſe oportet, quàm de oviculis noſtræ fidei commiſsis, idq; exemplo boni illius paſtoris, nunquam niſi inventâ & recuperatâ ove perditâ acquieſcẽtis. Luc. 15. v. 4. 5. 6. 7. Neq; paſtores ſolum curam afflictorum agere debent: ſed & ſinguli proximi ſalutem procurare ſtudebunt. Si quis igitur afflictus nobis occurrat, abſit dicamus, quid ad nos? quid noſtra refert? ille viderit, nos hæc cura non tangit: quin potius pijs admonitionibus & conſolationibus proximi ſalutem nobis curæ eſſe, teſtatum faciemus.

Hactenus de Judæ pœnitentiâ: peccati liberâ confeſsione: argenti reſtitutione & dolore in corde ejus ob patratum facinus, dictum eſt: Nunc quomodo pecuniam, tanquã rem execrandam, in templum abjecerit, & abierit ac laqueo vitam finierit, attingemus.

Primò pecuniam in templum abje-

abjeciſſe dicitur. Ea n. res, quæ ipſi adeò chara fuit, ut vitam Magiſtri ei poſthabuerit, nunc adeò ſit execrabilis, ut eã à ſe abjecerit, nullum inde percipiens fructum, præter malam conſcientiam. Qui itaq; malis artibus rem ſuamfamiliarem augere conantùr, quàm nihil lucri ad illos eorumq; poſteros ſit deventurum, magno tandem ſuo malo ſunt experturi. Ahab benè actum ſecum putabat, cum, Nabotho interfecto, vineam ejus per vim & inſidias obtinuiſſet. 3. Reg. 21. v. 16. Sed vide quem fructum inde decerpſit? Amiſit tandem non modo vineam cum vitâ; ſed & gratiâ Dei privatus fuit. Quem igitur fructum habebatis tunc ex ijs de quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt. Rom. 6. v. 21. Quid prodeſt cuipiam ſi totum mundum lucratus fuerit, animâ verò ſuâ multetur? aut quam dabit compenſationem animæ ſuæ. Matt. 16. v. 26.

De-

Deinde Judam ſeceſſum ab hominibus feciſſe Evangeliſta refert, quod ſuo pondere non caret. Nam ea eſt mali ſpiritus fraus & aſtutia, ut quos agit, maximè hominum refugiant converſationem, ne quis fortè eorum conatibus remoram injiciat. Qui itaq; tentationibus vexantur, aut aliâs naturâ melancholici ſunt, ſolitudinem maximè vitare & piorum gaudere conſortio debent, à quibus cùm conſolatorijs ſermonibus, tum mutuis precibus adjuvari & confirmari poſſint.

Tandem eum conſcientiæ ſtimulo incitatum, laqueo ſibi gulam fregiſſe, ac medium crepuiſſe, omniaq; ejus viſcera effuſa, Evangeliſta commemorat. Horrendo hoc mortis genere, quo animam efflabat, docemur quantum immineat illis exitium, qui impuro huic ſpiritui ſe ad ſerviendum ei dedunt. Judas autem interitu hoc voluntario volens Dei judicium, in corde jam

incen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

incenſum, effugere, ſimilimus eſt homini in flammam ſe, ad evitandum ignis ardorem, præcipitem danti. Nam tantum abeſt ut per mortem quis judicium Dei evadere poſſe ſe ſperet, ut mors ad illud, iter compendioſius meritò reputetur. Ne igitur ad mortem voluntariam Satanæ aſtu adigamur; & impellamur vel metu ignominię, quod Saulo contigiſſe legimus; aut aliâs vitæ tædio, ſedulò contra ejus inſidias excubias nos agere oportet. Sumus enim hîc velut in acie ab imperatore collocati, cujus injuſſu non ſit ex ſtatione diſcedendum, & ex hac vitâ migrandum. Sed proh dolor, permulti ad cohortationes ſaluberrimas callum cordi obducentes, ſibi ipſis mortis cauſæ ſunt, dum Dominum non modò ad vitam hanc illis abrumpendam cogunt, ſed etiam, ut morti addicat æternæ, impellunt. Quis inficias ire poterit quin gulæ & ebrietati

man-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

mancipati & ventri tantum dediti homines ſibijpſis apertè mortem conſciſcant? An non impuri illi ſcortatores ſibijpſis etiam mortis cauſam afferunt? Quid de deteſtandâ quorundam dicam avaritiâ, quos dum auri ſacra fames aliorum ſitire ſanguinem cogit, ipſi ſuum ſitiunt, & à malè partis divitijs, veluti laqueis, ſtrangulantur & ſuffocantur. Quo loco verò dignos cenſebimus eos, qui ſeſe mutuò ad cædem provocant? Sibiq; dedecori verti exiſtimant, niſi vel ſibi ipſi, vel proximis mortem inferant? Quàm igitur multi coram hominibus pietatem & probitatem ſimulant, coram Deo tamen homicidæ. Rogemus igitur Deum ſingulis momentis, ut, cum hanc vitam fruendam nobis dederit, hoc etiam largiatur, ut eam datori conſecremus, & in ſingula momenta ad rationem vitæ anteactæ reddendam parati eſſe poſsimus, cum Simeone dicentes. Luc. 2. verſ.

29. Nunc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

29. Nunc dimittis ſervum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace. Reliqua, quæ ex hoc funeſto Judæ interitu ſunt decerpenda, poſtea videbimus.

Nunc inter Petri & Judæ pœnitentiam, collationem inſtituere placet. Plura autem hîc ſunt expendenda. 1. De lapſu utriuſque paucis agamus. 2. Quidnam diſcriminis inter utriuſque pœnitentiam ſit videamus. 3, Quibus rebus animum fulcire oporteat, ne in tentationem ob peccatorum multitudinem incidamus, inquiramus.

De Primò. Si Petri & Judæ expendas lapſum, uterq; conſcientiam vulnere graviſsimo, & ſua quidem natura lethali, confecit. Nam ille non ſimpliciter Chriſtum abnegavit, ſed execrationi bus ſe devinciebat, Jeſum ſibi nunquã cognitũ fuiſſe: Quo graviſsimè & ad mortẽ uſq; peccavit: Hic verò innocentẽ

pro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

prodendo enorme delictum commiſit. Quare utriuſq; peccatum æternâ maledictione meritò dignum fuit.

Sin autem occaſionem peccati & Judæ & Petri altiori revolveris mente: hunc ex carnis fragilitate, metu mortis, lapſum eſſe conſtabit; illum verò ex induſtriâ & affectâ malitiâ facinus tam audax & deteſtandum perpetraſſe, apparebit. Imò Petri lapſus à cauſa in ſe non adeo vituperanda promanavit, ſed immoderatâ & cum ſumma temeritate conjunctâ: Judæ verò peccatum à deploratiſsimâ malitiâ cum deſperatâ avaritiâ conglutinatâ & conjunctâ, profectum fuit. Utriuſq; autem culpa ex hoc profluxit fonte, puta verbi Dei oblivione. Quocirca precibus à Deo humilibus contendamus, ut aures ad audiendum & cor ad retinendum ac conſervandum verbum Dei, pro immenſa ſua bonitate largiri dignetur, ne rebelles facti in interitum

volun-

voluntarium & æternum exitium tandem ruamus. Eſa. 50. v. 5.

De ſecundo. At ſi ſingulas pœnitentiæ partes diſcutiamus, eaſq; ad ſacræ ſcripturæ trutinam dirigamus, ingens diſcrimen inter utriuſque reſipiſcentiam eſſe perſpectum habebimus. Uterq; quidem quantum ad officij dignitatem, munere fungebatur apoſtolico, uterq; uti dictum, vulnera conſcientiæ lethalia imponebat: uterq; cum conſcientiâ triſtiſsimâ conflictabatur: Sed Judas conſcientiæ ſtimulo exagitatus adeò doloribus indulſit, ut de Dei erga ſe miſericordiâ planè deſperârit: Petrus autem Chriſtum eſſe propitiationem pro peccatis ſuis: nec pro ſuis ſolum, ſed & pro totius mundi peccatis credidit. 1. Joan. 2. v. 3. Quod ergo Judas pereat & Petrus ſalvetur, cauſa hæc aſsignari poterit: quod hic fide beneficia JESV ſibi applicuerit: Ille verò fide orbatus & deſtitutus, ab-

yſſum miſericordiæ & profundas divitias contemnens, de Dei erga ſe miſericordiâ ſpem omninò nullam habuerit. Huc illud de Pharaone & Nebuchadnezaro ex Auguſtino aſcribere placet: Quantum ad naturam, inquit, ambo homines erant: quantum ad dignitatem ambo Reges: quantum ad cauſam, ambo populum Dei captivum tenebant: quantum ad pœnam, ambo flagellis admoniti. Quid ergo fines eorum diverſos fecit? niſi quod unus manum Dei ſuper ſe ſentiens in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter verò libero contra miſericordiam Dei pugnavit arbitrio. Rectè Ambroſius: Nemo pœnitentiam agere poteſt, niſi qui ſperat indulgentiam. Hanc autem nemo poteſt ſperare, niſi qui Deum eſſe miſericordem agnoſcit. Quicunque igitur ex tentationum fluctibus emergere atq; eluctari deſiderat, non modò peccata confiteri & ex animo dolere, ſed ſpe miſeri-

cor-

cordiæ per Chriſtum conſequendę dolorem lenire & mitigare debet, certò ſibi perſuaſum habens, JEſum propter peccata ſua mortuum eſſe & excitatum propter ſuam juſtificationem. Rom. 4. v.25.

De tertio. Quomodo igitur fides fulcienda & corroboranda, ne tentationum procellis obruta & ſuffocata, de Dei miſericordiâ deſperet? Intueri debet cum deſperationis tentatione luctans. 1. Promiſsiones divinas, quas tam firmas eſſe ſtatuet, ut cœlum potius corrueret, quàm minimus in illis apex. Luc. 16. v. 17. De hac Dei miſericordia Exod. 34. v. 6. 7. Pſal. 145. v. 8. & alibi.

2. Oculis fidei, in hac luctâ qui verſatur, JESVM Chriſtum contemplari debet. Venit enim is ut Patris irā placaret&nos ei conciliaret. Matt.3.v.17. Joſephꝰ refert Alexandrū odio implacabili in Hieroſolymitanos flagrâſſe, deq; urbe evertē-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

dâ & funditus delendâ, quod commeatum ſibi Tyrum obſidione cingenti denegaſſent, conſilium inijſſe. Tyro itaq; ſub ſuâ redactâ poteſtate, ad Jeruſolymam oppugnandam exercitum duxit. Quâ re exploratâ & perſpectâ, Jaddus pontifex, veſtibus pontificijs indutus & ornatus, obviam illi procedit. Quem ut Alexander ſic ornatum vidit, ex equo deſiliens illum adoravit, iraq; & fervore depoſito, muneribus ampliſsimis affecit, atque ita ab obſidione diſceſsit. Quantò magis cum ipſe Chriſtus, æternus ſacerdos, qui eſt juſtus, imò qui eſt juſticia noſtra, in conſpectu Dei Patris, pro nobis inenarrabilibus gemitibus interpellans, apparuerit, Dei iram mitigabit, & omnia bona, qualia inprimis ſunt peccatorum remiſsio & vita æterna, nobis ab eo impetrabit? Heb. 7. v. 24. 25. Ac ne fortè Satanas ancipitem cogitandi curam, ex conſideratione magnitudinis iræ

divi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

divinæ adverſus delicta tua enormia, de miſericordiâ Dei tibi afferat, meritum paſsionis & efficaciam mortis JESV te animo volvere oportet, de qua Rom. 5. verſu 15. &c.

3. Tali Jactatus luctâ mentem fluctuantem exemplis confirmare debet. Nullus enim quantumvis magnus peccator, cupiens in gratiam cum Deo redire, à Deo unquam repulſam paſſus eſt. Si peccatum magnum, miſericordia Dei multò eſt abundantior: Imo quantò mare totum guttulam ſuperat unam: tantò etiam miſericordia Dei noſtra delicta, quantumvis enormia, exuberat. Si antiquum eſt peccatum, utpote quod ab uberibus ſuxiſti maternis, & ab ineunte ætate cumulo auxiſti; cogitabis Dei miſericordiam ab æterno eſſe: ſi novum peccatum, novæ ſunt quoq; Dei miſerationes, quas ſuper nos ſingulis exoriri momentis patitur. Dica-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

mus proinde cum Bernhardo: Omninò propter manſuetudinem, quæ de te prædicatur, currimus poſt te Domine Jeſu: audientes quod non ſpernas pauperem, peccatorem non horreas: non horruiſti confitentem latronem, non lachrymantẽ peccatricem, non deprehenſam in adulterio, non ſedentem in telonio, non ſupplicantem publicanum, nõ negantem diſcipulum, non perſecutorem diſcipulorum Paulum, non ipſos crucifixores tuos. Vide concionem 5.

4. Ad fidei confirmationem, in hac ſpirituali pugnâ, pia ſacramentorum meditatio & uſus accedat oportet. De baptiſimo ita loquitur Paulus Galat. 3. v. 27. Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis Chriſtum induiſtis. Chriſtus igitur noſtram tegit nuditatem, & ſordes animarum noſtrarum abluit. Eſa. 1. v. 18. 1. Joh. 1. v. 7. Noli igitur tuâ turbari indignitate, induiſti Chriſtum in baptiſmo in, ejus venis perſo-

nâ,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

nâ, ipſe tuam cauſam tanquam propriam agendam ſuſcipit. Vt arcus cœleſtis, ſignum fæderis inter Deum & hominem, nos confirmat mundum pluvijs aquarumve inundatione non interiturum. Gen. 9. verſu 13. &c. Ita baptiſmus eſt ſignum nos per ſanguinem Jeſu ab omnibus iniquitatibus purgatos, & Deum fœdus nobiſcum pepigiſſe perpetuum, nos propter peccatorum ſordes ab ejus facie in æternum non abjiciendos. In ſacramento autem corporis & ſanguinis JEſu certiſsimum quoq; habemus pignus, Chriſtum pro noſtris peccatis mortem oppetijſſe, & ſua obedientiâ nos ab æternâ morte eripuiſſe, ac æternæ vitæ hæredes conſtituiſſe.

Nunc, prout fidem dedi, illa, quæ de Judæ funeſto exitu notanda reſtant, attingemus. Rerum enim maximè neceſſariarum nobis memoriam refricare debent.

1 Deſperatio ejus nos de peccati naturâ admonet, quam Chryſoſtomus hiſce verbis pulchrè delineavit: Tale quid peccatum eſt, inquit, antequam perficiatur, inebriat hominem, cui inhæret: ubi verò peractum jam eſt & impletum, tum inchoata quidem voluptas recedit & extinguitur: nudus autem remanet conſcientiæ accuſator, carnificis locum tenens & peccatorem excrucians, & maximam pœnam exigens, deniq; quovis plumbo gravius incumbens. O quàm multi à pietatis tramite abducuntur hoc aſtu Satanæ & ad deſperationem adiguntur! Permulti enim ita peccati oblectamentis & commoditatibus capiuntur, ut quid honeſtum, aut inhoneſtum, quid decorum, aut indecorum, quid fas, aut nefas, deniq; quid Deo gratum aut ingratum non intelligant; imò ut in delictis beatos ſe maximè putent. Ne igitur peccati illecebris capiamur, peccato reſiſtere conemur. Nam,

Au-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Auguſtino referente, dum peccandi conſuetudini non reſiſtitur fit neceſsitas. Senſus enim obdurat, ne clarè videant; mentes indurat, ne mala terreant; corda ineſcat, ut fæda placeant: vires enervat, ut victæ jaceant. Proinde, ut inquit Gregorius, intueri non debes, quod concupiſcere non licet.

II. Quæ ſit conſcientiæ malæ natura tragico ejus exitu admonemur. Latet hæc ad Tempus, ſed tandem expergefacta dolores cruentos ac cruciatus intolerabiles in mente excitat. Gregorius de conſcientiâ inquit: Quid prodeſt ſi omnes laudent, cum conſcientia te accuſat? Quid nobis obeſſe poterit, ſi omnes derogent, & ſola conſcientia bona nos defendat? Pythagoras rectè ſolebat dicere, virum iniquum plus mali pati, afflictum conſcientiâ, quàm eum qui corpore caſtigatur & cæditur: multò quippe graviores ſunt animi malè ſani, quã cor-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

corporis morbi. Auguſtinus inquit: Conſcientia eſt codex, in quo quotidiana peccata conſcribuntur. Origenes: Quicquid peccatum dederit, etſi ſtipendia largitur, animæ mors eſt. NERONIS tragicus exitus jmpijs ob oculos ponendus, qui deſperabundus in hanc erupiſſe lamentabilem fertur vocem: Itane nec amicum habeo, nec inimicum? dedecorosè vixi, turpius peream. Nullus igitur, ut refert Auguſtinus, major eſt dolor, quàm is qui peccati mucrone vulnerat conſcientiam, neq; ullum gravius eſt onus, quàm peccatorum ſarcina & pondus flagitiorum.

Vigilemus igitur contra Satanæ inſidias, ne ipſius inſtinctu & afflatu, aut in amicorum gratiam, aut cupiditatis explendæ ergò, quicquam contra conſcientiam, tentemus: Sed potius cum Chilone Lacædemonio damnum turpi lucro præferendum ſtatuamus. Illud

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

lud enim ſemel dolere, hoc ſemper.

Res amiſſa exiguo dolet tempore, ſceleris autem conſcientia ſemper animum cruciat. Vtq; de Satanæ aſtutiâ, contra quam in perpetuis oportet nos eſſe vigilijs, nobis conſtet, ejus naturam lynceis inſpicere oculis proderit.

Nunc enim ſe in lucis transformat Angelum, peccata extenuans & quoquo modo ad delinquendum alliciens: Commiſſo autem & patrato facinore, fulguris in morem emicantis, hominem colluſtrat, ut omnia peccata oculis ſubitò ſubjiciantur: inde inſtar tonitru perterrefacit, ut conſcientiæ cruciatus acerbiſsimi ſentiantur: demum ita fulminis ictu proſternit, ut qui anteà in delictis gloriabatur, nunc de æternâ ſalute ſecum actum eſſe exiſtimet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Oremus proinde ſine intermiſſione, ne Deus ſanctum ſuum ſpiritum à nobis auferat: ſed in ſuis nos derigere dignetur vijs, ne Satanæ irretiti laqueo & illecebris ejus capti, cum Juda tandem finaliter deficiamus.

De ſecundâ hujus concionis parte.

Principes autem acceptis) Principes & ſacerdotes triginta nummos argenteos non auſi fuerunt in fiſcum referre: ideo conſilium de figuli agro pro ijs coëmendo capiunt. Anguſtis certè conſcientijs præditi ſunt in rebus levioribus, cũ in ijs, quæ majoris fuere momenti, ampliſsimas haberent. Sed in hoc Dei decretum, per Zachariam promulgatum, promovere & perficere, vel ignari, coguntur: tantum abeſt, ut veritatis curſui impedimentum afferre hoſtes Chriſti poſſint.

Quamcunque igitur remoram nobis, ad promiſsiones divinas ex

ani-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

animo eradicandas & evellendas, injici animadvertamus, ſpem firmam in eas collocemus. Quamvis enim nulla impletionis ratio nobis affulgeat, imò in contrarium omnia ferri videantur: Tamen de ijs minimè in diverſas eundum partes; imò contra ſpem ſub ſpe credamus oportet. Rom. 4. v. 18. Dicamus proinde primò de ipſo ſacerdotum facto ejuſq; typo & ſpirituali ſignificatione. Deinde cur iſta facta, ut videlicet vaticinio Zachariæ ſatisfieret.

De primo videlicet de principum & ſacerdotum facto. 1. Non ſtatuunt eſſe licitum, ut nummi iſti in templi referantur fiſcum. Non enim ipſos fugiebat eleemoſynas injuſtè partas Deo diſplicere. 2. Conſultum fore putant ut iſta pecunia pro ſepulturæ loco, peregrinis vita defunctis deſtinando, erogetur. Pauperum enim curam, etiam ex hac vitâ exemptorum, ſuſci-

pien-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

piendam, ipſos non latebat. 3. In perpetuam rei memoriam agro, in hunc uſum comparato, nomen inditur. Pietatis certè externæ hæc omnia ſpeciem repræſentant.

Nobis hæc eadem erudiendis cum ſervire videantur, ſingula enucleabimus.

1. Admonemur hoc illorum facto de hypocritarum ingenio & natura.

Quæ enim externam concernunt religionem ſtudiosè, ſolicitè & anxiè obſervant: quæ verò ad cultum animi internum ſpectant, pedibus conculcant & ſecurè prætermittunt. Sic Phariſæi nullâ innocentis JESV curâ tanguntur & afficiuntur: de pecuniâ autem, pro quâ venditus innocentiſsimus JESVS, quid fiat, ſolicitudo anxia animos eorum occupavit. Rectè igitur hi & horum ſimiles à Chriſto dealbatis comparantur ſepulchris. Matth, 23. v. 27. 28. Væ vobis Scribæ &c.

Alex-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Alexandri Magni illud, hîc non eſt ſilentio prætereundum: Qui nonnullis ad cœlum efferentibus frugalitatem Antipatri, qùod vitam ab omnibus delitijs abhorrentem traduceret, reſpondiſſe fertur: Antipater albo utitur pallio, intus eſt totus purpureus. Carpens fictam & ſimulatam ipſius parſimoniam, quum eſſet, alioquin ambitioſiſsimus. O quàm multos habet Antipater conſocios: qui externam quandam ſimulant & fingunt pietatem vitæque integritatem, quum à verâ illâ pietate ſint alieniſsimi.

2. Deinde illorum facto (abſit & faceſſat procul hypocriſis) ad jura humanitatis peregrinis, debito vitæ hujus liberatis, ſolvenda & exhibenda invitamur. Nam, ſi ex verâ fluat fide, ſine quâ nil Deo placere poteſt, hoc opus Deo gratum & acceptum eſſe, exempla piorum teſtatum faciunt.

Divi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Divitijs igitur affluentes ſui eſſe officij agnoſcant, non modò rerum neceſſariarum penuriâ affectos, dum adhuc nobiſcum in hac verſantur peregrinatione, ſublevare: ſed etiam vitâ hac mortali exſolutos humanitatis officijs proſequi. Verum, proh dolor, tanta eſt permultorum inhumanitas, ut neq; vitam degentium, neq; mortuorum ullam agant curam: ſed potius per fas & nefas illorum ad ſe rapiant bona.

3. Hypocritarum horum exemplo quoq; admonemur eleemoſynas ex juſtè partis conferendas eſſe. Eſa. 61. v. 8. Prov. 15. v. 8. Nam qui ex rapto & ſanguine partis Deum placare volunt, eum quaſi in ſocietatem ſceleris pertrahere ſtudent, dum ex rapinis ſuis aliquam partem ei decernunt. vide Eſa. 1. v. 11. 12. Syr. 34. v. 23. 24.

4. Ager ille ſanguinis, quem hypocritæ, ad occultandam & quaſi velis quibuſdam obtendendam impietatem & malitiam in Chriſtum, com-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

comparararunt triginta illis argenteis, in perpetuam & innocentiæ Jeſu & eorum malitiæ memoriam ſtatuitur. Ita eo, quo hypocritæ ſuam tegi impietatem ſibi perſuaſum habent, in primis impietas manifeſtatur & divulgatur. Proinde ab injuſticia temperemus permagni refert: niſi delictorum ac tyrannidis noſtræ, nunc agros noſtros, nunc prędia magnificè extructa, tanquam perpetua poſt nos indicia, ad omnem extare poſteritatem, velimus.

Hucuſq; principum & ſacerdotum factum ſecundum literam paucis perſecuti ſumus. Nunc myſtica quædam, doctrinam, admonitionem & conſolationem uberrimam continentia, expendamus.

1. Docemur typum & figuram, de qua Gen. 37. v. 26. 27. impletam eſſe. Ut enim Joſephus conſilio & hortatu Judæ Iſmaelitis venditus fuit; qua re poſteà factum eſt, ut terra Goſen fratribus ejus occu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

panda & inhabitanda à Pharaone conceſſa fuerit: Gen. 47. v. 5. 6. Sic Jeſus venundatus & morti traditus, locum nobis paravit, ubi ab omnibus liberati moleſtijs perpetuâ cum eo fruamur quiete & gaudio. Joan. 14. v. 2. 3. & 17. cap. verſu 24.

2. Admonemur nos omnes ſub peccati & Satanæ tyrannide venditos fuiſſe: Sed per JESVM Chriſtum, qui pro nobis venditus erat, redemptos & in libertatem vindicatos. Nunc igitur liberati à peccato, mancipati eſtis juſticiæ, Rom. 6. v. 18. Itaq; ſicut ſtitiſtis membra veſtra ſerva impuritati & iniquitati, ad patrandam iniquitatem: Ita nunc ſiſtite membra veſtra ſerva juſticiæ ad ſanctimoniam. Quum enim ſervi eſſetis peccati, liberi eratis juſtitiæ. Rom. 6. v. 19. 20.

3. Conſolatione prætereà hic typus efficaciſsimâ animos perfundit noſtros, non modo contra illam ſpiritualem ſervitutem, in quam redacti

dacti eramus: Sed & contra mortis terrorem variaſq; moleſtias & labores, qui in hac peregrinatione fidelibus ſunt ſuſtinendi. Filius enim Dei peregrinus in hoc mundo fidelibus ſuis, quibus in hac lachrymarum valle peregrinandum, quietis locum peperit, ubi ab omnibus moleſtijs tuti quieſcere poterint. Nam ager hic (ſepulturæ locum intellige) ſanguine Jeſu ſanctificatus, corruptibilia hęc corpora ſibi commiſſa reddet & reſtituet. 1. Cor. 15. ver. 42. 43. 44. quæ transferentur in illam patriam ubi perpetua erit quies abſque moleſtiâ & gaudium ſine morte. Gregorius inquit: Quis dicere, cujus intellectus capere poteſt? quanta ſint gaudia, Angelorum Choris intereſſe, cum beatis ſpiritibus gloriæ conditoris aſsiſtere, præſentem vultum Dei cernere, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuo munere lętari. Hactenus de facto il-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

lorum ejuſque myſtica ſignificatio-
ne.

Nunc cur hoc factum ſit attendamus. Phariſæi quidem hoc prætextu impietatem cælare, ac externam quandam mentiri ſanctitatem in animo habuerunt: Sed Deus hoc ad longè alium direxit finem, nempe ut prophetia, quæ extat Zach. 11. v. 13. compleretur.

Commendatur hîc nobis Dei providentia, qua omnia ad finem ſuum dirigit. Longiſsimè enim caſus & fortuna à Chriſti hiſtoria abeſt. Conſolationis hoc eſt refertiſſimum. Corda enim hominum ad decreti ſui executionem, ille cui omnia parent, flectere novit. Pſal. 31. v. 9. Nec concluſiſti me in manum inimici. Imo quod inimici in ignominiam tentant noſtram, in ſui nominis gloriam noſtriq; ſalutem dirigere poteſt. Quæcunq; igitur Dei providentia de nobis conſtituit & decrevit, nobis iniqua videri non debent, Nam ejus judicia, quāvis

vis non intelligamus, ſunt juſticia & veritas. Tobiæ 3. v. 2. Huic igitur gloria, laus & honor in ſecula ſeculorum, Amen.

CONCIO OCTAVA.

Textus.

Vniverſa multitudo eorum prima luce vinctum Ieſum abduxerunt à Caipha in prætorium Pilati: Iudæi autem non introierunt &c. Nam antea ſimultas inter eos interceſſerat.

ABſolutis & ad finem perductis iis, quæ Chriſto in horto contigerunt, quæq; apud Caipham geſta & confecta ſunt: Nunc ad illum actum, qui res coram Pilato geſtas complectitur, accedamus. Ex inſtituto igitur noſtro, actum hunc conſtituimus tribus explicare & abſolvere concionibus. In primâ harum, de abductione Chriſti ad Pilatum; de Judæorum adverſus eundem falsâ accuſatione; & ejuſdem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ad Herodem ablegatione agetur. In ſecundâ de Barrabæ & Chriſti longè iniquiſsimâ collatione dicetur. In tertiâ de innocentis Jeſu condemnatione ſermo habebitur. Nũc, illam partem, quæ de Chriſti, ad Pilati Judicium, abductione agit, tractabimus.

Partes hujus concionis principes tres conſtitui poſſunt.

I. De Pilati colloquio cum Judæis, Chriſtum accuſantib⁹, inſtituto.

II. De Pilati cum Chriſto congreſſu & colloquio, de criminatione ad ſe allatâ.

III. De Chriſti ad Herodem ablegatione.

De prima parte.

Univerſa multitudo eorum ſurgens primâ luce.)

Chriſtum in domo Caiphæ ludibrio expoſitum, omniq; contumeliarum genere affectum; & morti à Caiphâ ejuſq; aſſeſſoribus adjudicatum, primâ luce Judæi ad Pilatum abducunt; adhibitiſq; calum-

nijs,

nijs, eum condemnari, ac condemnatum in crucem agi, expetunt: ſed Pilatus initio Judæis multò æquior, ſententiam de Chriſto, nondum capitalis alicujus criminis convicto, ad illorum gratiam, ferendam non duxit.

Plura autem hìc enucleabimus. 1. De Chriſti ad Pilatum abductione agemus. 2. De Judæorum falsâ adverſus Chriſtum accuſatione. 3. Deq; Pilati integritate & juſticiâ civili, in examinãdâ causâ, dicemus.

De Primo. Videlicet de Chriſti ad Pilatum abductione. Hìc circumſtantias duas, temporis nempe & perſonarum, à quibus & ad quam abducitur, conſiderabimus. Deinde cauſas, cur videlicet oportuerit Chriſtum innocentiſs. Pilati quoq; ſiſti judicio, inveſtigabimus.

1. Quod ad circumſtantias ſpectat, primò tempꝰ notatur, quod ſc. primâ luce Chriſtũ Pilato adduxerint, ut mortem ei ita maturarent.

Diligentia hæc Judæorum in jure dicendo, ſi à recto profluxiſſet juſticiæ fonte, digna commendatione fuiſſet. Nam ſæpiſsimè fieri compertum habemus, quòd mora iſta in judicijs multum & damni & periculi judicio certantibus afferat; adeo ut cum multis multò agatur melius, ſi ſtatim judicum ſententiâ litem perdant, quàm poſtquam in menſes aliquot, imò in annos, nunc judicum, nunc litigantium malitiâ, extracta fuerit, in judicio cauſam obtineant. Deinde perſonæ, à quibus & ad quam abducitur Chriſtus, deſignantur; videlicet ab iniquiſsimis Judæis ad Pilatum, quem tandem æquè iniquum Chriſtus expertus eſt.

II. Nunc cauſas, cur Chriſtum Pilati quoq; ſiſti judicio oportuerit, inquiramus.

1. Prima cauſa fuit ut Chriſti prędictio, de qua. Matth. 20. v. 19. impleretur. Tradent filium hominis Gentibus, ut eum illudant & flagellent,

gellent, & crucifigant. De hujuſmodi prædictionibus ita memoriæ proditum accepimus à quodam: Licet prædictæ res à prohetis & ab ipſo Chriſto, quos mendaces non fuiſſe certum eſt, aut jam evenerunt, aut ſuo tempore eventuræ ſunt, ut antè prædictæ ſunt; non ideo tamen quod prædictæ ſunt evenerunt, ſed quod venturę eſſent, prædictæ. Abſit enim Chriſti prædictionem iniquitati ullam neceſsitatem attuliſſe, aut quicquam cum eâ commune habuiſſe, exiſtimemus.

2. Voluit coram gentium præſide in judicium adduci, ut ita & gentes & judæos ſimul in necem Chriſti conſpiraſſe conſtaret; ne ſcilicet haberent in quo gloriarentur coram Deo, ſed ſalutem gratiæ & miſericordiæ divinæ acceptam referrent. Rom. 11. v. 32. Galat. 3 verſu 22.

3. Tertia abductionis hujus cau-

ſa fuit, ut patientię exẽplo nobis prę-
iret, ſi quando à Caiphâ ad Pilatũ,
hoc eſt, ab iniquo judice ad iniquio-
rem nos mitti & abduci contingat.

4. Quartò & ultimò Chriſtus in-
nocentiſsimus judicio præſidis huj-
ſiſti voluit, ne nos propter indigni-
tatem à conſpectu Dei juſtiſsimi a-
bigeremur: ſed per ipſum habentes
acceſſum ad gratię thronum, coram
tribunali Dei conſiſtere poſſemus.
Sive igitur per morbos & calamita-
tes nos adhuc in vitę hujus peregri-
natione verſantes ad judicium vo-
cet: Sive cogitatio, de ratione in ul-
timo illo judicij die reddẽdâ animũ
ſubeat, hæc Chriſti ad Pilati judiciũ
abductio nos conſolari debet. Dica-
mus proinde cum Davide ex Pſal.
42. v. 11. Quid conſternata es ani-
ma mea, &c. Atq; hoc ſit dictum de
ipsâ abductione ejuſq; cauſis.

De ſecundo. Videlicet de Judæ-
orum in Chriſtum inſtitutâ accuſa-
tione, nunc orationem inſtituamus.
Plura autem perpendenda hîc offe-
runtur.

1. Su-

1. Superſtitio & hypocriſis Judaica conſideranda venit. Non enim volebant in ædes Pilati intrare, ne ſcilicet ex lege, Num. 9. v. 10. de pollutis & contaminatis lata, à ſacro Paſchatos epulo arcerentur. De hac re ita Auguſtinus: Alienigenæ judicis prætorio contaminari timebant, & fratris innocentis ſanguinem fundere non timebant: ne habitaculo contaminarentur alieno verebantur, & ne contaminarentur proprio ſcelere non metuebant. Quæ graviora igitur ſunt legis judicium, miſericordiam & fidem omiſerunt, uti Chriſtus inquit, Matth. 23. v. 23.

2. Confeſsio eorum de juriſdictione ſibi detractâ. Non licet, inquiunt, nobis quenquam interficere. Fatentur enim vitæ ac necis poteſtatem jam penes Romanos eſſe: unde facilè cõjecturâ aſſequi potuerunt vaticiniũ illud de Meſs. Gen. 49. v. 10. impletũ eſſe: Nõ auferetur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ſceptrum de juda &c. Nullam igitur condemnationis & abjectionis afferre poterunt excuſationem: Sed tandem juſto Judicio Deus dedit eis ſpiritum ſoporis; oculos ut non videant, & aures ut non audiant, Rom. 11. v. 8. Illorum proinde exemplo edocti, tempus gratiæ agnoſcere gratâ mente incipiamus, ne juſto Dei judicio ſenſibus privati, beneficia redemptionis non modò non videamus, ſed & propter extremam ingratitudinem illa ipſa nobis extremum exitium gignant.

In hac porro illorum tantâ cæcitate, admiranda Dei providentia elucet. Factum enim hoc aſſerit Evangeliſta, ut Chriſti prædictio, de qua Matth. 20. v. 19. perficeretur. Ita Chriſti inimici ſæpe iuſtrumenta ſunt, per quæ veritas Dei clareſcit & ſalus hominum perficitur.

Ut enim avaritia Judæ ſanguinem innocentem morti tradit, cujus effuſione omnes credentes redemptionem conſecuti ſunt: Sic

Pha-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Phariſæorum rabies quoq; & Satanæ aſtutia gloriæ Dei ac Chriſtianorum ſaluti militare coguntur. Omnia igitur bonis in bonum operantur. Rom. 8. v. 27.

3. Accuſatio in Chriſtum ipſa examinanda ocurrit. Quærenti enim Pilato, quodnam crimen in Chriſtum intenderent, primò reſponderunt ſeſe nunquam tradituros fuiſſe Chriſtum ei, niſi nocens eſſet. Tantum enim ſuæ tribui volunt juſticiæ & auctoritati, ut nullâ prorſus ampliori opus eſſe inquiſitione de rei veritate ducant: Imò æquum eſſe arbitrantur, ut Pilatus ipſorum acquieſcat conſcientijs, & tantorum virorum ſolam voluntatem & auctoritatem multis rationibus potiorem judicet: quod ipſum à multis hodie conatu non omninò irrito tentari, dolendum eſt. Deinde, Pilato illorum voluntati non acquieſcente, ſed cauſam, ratione officij, ad veritatis calculum revocantes;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

cante; falſa crimina, quaſi venena-
ta aliqua tela, in Chriſtum jaciunt,
quod videlicet ab eo gentem ever-
ti; & eum tributa Cæſari ſolvi ve-
tare, eumq; velle ſeipſum regem fa-
cere, deprehenderint. Affectati
autem regni crimen ideo ei inten-
tant, ut nefariæ ſuæ cupiditatis mi-
niſtrum Pilatum eò faciliùs facere
poſsint. Fieri enim non poſſe ſibi
perſuaſum habent, quin in necem
Chriſti conſentiat Pilatus, ſi ipſum
affectare regnum intellexerit. O
deteſtandos calumniatores, Medio
iſto, ex Alexandri paraſitis uno,
non inferiores, qui alios adhortari
ſolebat, ne metuerent quodvis cri-
men in alios intendere. Is enim ſce-
lerato præcepto cauſam appoſitam
adjecit: Ut maximè, inquit, ſanet
vulnus, qui delatus eſt, manet tamē
cicatrix. Minus, crede mihi, ab ijs
peccatum fuiſſet, ſi ipſi mortem
Chriſto intuliſſent, Pilatumq; &
miſeram plebem unà ream mortis
Chriſti non feciſſent, Quod n. ma-
jus

jus peccatum, quàm judicem, reluctante conſcientiâ, vel auctoritate ſuâ, vel teſtiū falſorum comprobatione ad ferendā ſententiā impellere? aut etiam imperitos homines ad delinquendum præmio & pollicitationibus allicere? Ne itaq; hujuſmodi artibus Chriſti membris periculum vel vitæ, vel bonorum creemus, ſedulò cavendū. Sed diſquiramus hîc duo; alterū an accuſatio illorū veritati cōſentanea fuerit: alterum cur Chriſtū calumnijs obrui oportuerit.

1. Chriſtum autem criminibus illatis obnoxium minimè fuiſſe primò planum faciemus. Quod enim gentem avertere nunquam tentârit, imo ne cogitationem iſtam animo conceperit; aut Regiæ dignitatis appetens fuerit, Joh. 6. v. 15. teſtatum facit: Quod tributum Cæſari dependendum non vetuerit, ex Matt. 22. v. 21. liquet. Quis igitur non videt Phariſæos putidiſsima in Chriſtum evomuiſſe mendacia?

Cau-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Cauſas deinde ſi requiris cur Chriſtum tam nefandis petierint calumnijs, plures afferri poſſunt. Primò enim id fieri oportuit, ut non modò Dei juſticiæ ſatisfieret: ſed etiam ut Eccleſiam ſemper odio, mendacijs & calumnijs mundi expoſitam fore indicaretur. Ut enim maximè ſanam doctrinam ſartam tectam conſervet; Tamen non defuturi ſunt qui Eccleſiæ crimina hæreſeos & ſeditionis intentabunt. Sic, 3. Reg. 18. v. 17. Elias ab Ahabo accuſatur, quod perturbet Iſraelem. Contra hujuſmodi mundi furores illud Chryſoſtomi memoriâ repetendum: Timenda, inquit, ſunt Chriſtianis præſentis ſeculi gaudia, & optanda pro devotione mœſticia, quæ cœleſti penſetur læticiâ: pro amore Dei, odia humana optanda ſunt: pro dilectione Chriſti, inimicorum inſectatio appetenda. Nemo enim amatur à mundo, niſi qui execrabilis fuerit Deo. Seculi enim

enim eſt quodcunq; lætatur; Dei eſt, quod pro juſticia affligitur.

Ad hæc per tam nefandas petitus fuit calumnias, ut conſolationem non modò adverſus odium & allatas criminationes falſas haberemus: ſed etiam contra accuſationes, quibus nos Satanas aggravat die ac nocte, ante conſpectum Dei. Apocalyp. 12. v. 10. Ut enim vinculis Chriſti à peccati, mortis & inferni carcere liberati ſumus; ejuſq; ludibrijs honorifici reddimur in conſpectu Dei: Sic ejuſdem accuſatione à reatu abſolvimur & liberamur. Quoties igitur conſcientiæ ſtimulis vexaris, aut à Satanâ accuſaris, toties Chriſtum juſticiæ divinæ pro te ſatisfeciſſe, cogitabis. Unde Auguſtinus: Noſtra peccata ſua fecit, ut ſuam juſticiam noſtram faeret. Hucuſq; de accuſatione.

Tertio nunc loco, de Pilati, in examinandâ Judæorum accuſatione, modeſtia & integritate, ſermo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

nem inſtituamus. Primò ad ſuperſtitioſos & ſuperbos Judæos Pilatus egreſſus dicitur. 2. deinde, quã accuſationem adverſus Chriſtum adferant, quæſiviſſe refertur. Nam in illorum gratiam hominem, criminis alicujus adhuc non convictum, capitis condemnandum non ſtatuit. In Pilati facto & oratione virtutes pulcherrimæ, qui judices omnes mirificè condecorant, elucent & conſpiciuntur.

1. Præditus eſt inſigni animi moderatione, quæ in viro magnæ auctoritatis ſummè neceſſaria eſt. Abhorrent enim illi ab ipſius ædium ingreſſu, qnem propter magiſtratum ſummo honore afficere debebant: Pilatus verò animum eò uſq; demiſit, ut ad eos egredi non dedignatus fuerit. Memoratu digniſſimum eſt illud de TRAJANO imperatore: qui amicis inſimulantibꝰ eum, quod nimium ſe ſubditis familiarem faceret, reſpondiſſe fertur: Talem me præſtabo imperatorem alijs,

alijs, quales privatus alios mihi exoptarem. Rectè Salomon Prov. 19. v. 12. Ceu fremitus leonis eſt ira Regis: gratia autem illius tanquã ros in herbâ. Vide & expende quid ſuo reſponſo duro, & crudelitate Roboamus ille effecerit, de quo 3. Reg. 12. An non effecit, ut Iſraelitæ à domo Davidis defecerint? P. Mimus inquit: Pars beneficij eſt, quod petitur, ſi bellè neges. Cavendum tamẽ hîc eſt ijs, qui cum imperio ſunt, ne ſe adeò demiſsè alijs exponant & abjiciant, ut eos, à quibus metui ipſo oportet, illi metuant: Quod auctoritate ſuâ uti neſcientibus contingere ſolet. Comitas, ut quidam dixit, gravitate condita viros magnos decet. Ita enim munus ſuum honoratum reddere debent, ut ſeveritas à ſuperbiâ & arrogantiâ abeſſe judicetur. Huc illud Philonis: ſimul cum potentiâ manſuetudinẽ ſerva, ut non timendꝰ, ſed reverẽtiâ dignꝰ videaris illis, qui in te inciderint.

Ut autem magiſtratus modum ſervare diſcat, tria, dictante Agathone, meminiſſe decet; primùm, ſe hominibus imperare: alterum ex legibus imperare: tertium ſe non ſemper imperaturum eſſe.

2. Studium indagandę veritatis, & juſticia civilis in Pilato quoq; eminet & apparet. Quod enim crimen Chriſto intenderent, magnâ cum diligentiâ percontatur: haud æquum ducens, ut ex illorum relatu Chriſtum inauditum condemnet. Oportet enim magiſtratum pium cum judicia præcipitia cavere: ſunt enim noxia, Gen. 39. v. 19. 20. tum utramq; partem diligenter audire, & ad juſticiæ leges revocare. Rectè Seneca: Qui ſtatuit aliquid, altera inauditâ parte, æquum licet ſtatuerit, iniquus eſt. Alexander Magnus in capitalibus cauſis cognoſcendis ſolitus eſt alteram aurem occludere: interroganti cur id faceret, reſpondit: Defenſori ſeu reo alteram integram ſervo. Utinam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

nam non poſsit dici in quosdam noſtræ ætatis judices & magiſtratus, quod Eſa. 1. v. 23. memoriæ mandatum eſt: Principes tui deſertores, & furum ſocij, omnes donorum cupidi, atque nummarij: pupillis jus non reddunt, viduarum cauſas non admittunt &c. Judicia autem præcipitia, ut dixi, magno ſtudio cavenda vel Ethnici nos docebunt. Anaxandridas, ut inquit Plutarchus, cuidam ab ipſo ſciſcitanti, cur ſeniores in Laedæmoniorum repub. plures dies ſumerent ad cognoſcendum in cauſis capitalibus: & ſi quis fuerit abſolutus, nihilominus obnoxius ſit legi? ideo, inquit, hoc faciunt, quoniam ſi in capitis diſcrimine fortè erraverint, non eſt corrigendi conſilij poteſtas; oportet autem à causâ liberatum, obnoxium manere legibus: quòd fieri poſsit, ut ſecundum eandem legem liceat aliquid rectius de eo ſtatuere, ut ubiq; in ſuo vigore maneat juſti-

cia. PERICLES rectè dixit, 'arboribus quidem exciſis, facilè alias enaſci, hominum jacturam reparatu haud ita proclivem eſſe.

De ſecundâ hujus concionis parte.

In hac ſecundâ parte primò, de colloquio Pilati cum Chriſto in prætorio inſtituto, agemus: Deinde de ijs, quæ extra prætorium in Judæorum conſeſſu geſta ſunt, dicemus.

De primo. Pilatus, auditâ & cognitâ Judeæorum in Chriſtum criminatione & accuſatione virulentiſsimâ, iterum ad Chriſtum ingreſſus, an ſit Rex quærit: Chriſtus autem magnâ conſtantiâ Regem ſe fatetur, cujus tamen regnum non ſit mundanum, ſed æternum.

Rurſum hîc duo perpendenda occurrunt, alterum de Pilati facto ejuſq; colloquio cum Chriſto; alterum de liberrimâ Chriſti reſponſione.

Quod ad Pilatum ſpectat, commen

men

mendatur primò ejus diligentia & indefeſſum ſtudium indagandi veritatem. Ut enim anteà ad Judæos egrediabatur: ita nunc ſtudio cognoſcendi & eliciendi veritatem ad Chriſtum ingreditur. Deinde inſigne humanitatis exemplum, omnibus magiſtratibus exprimendum & imitandum, in eo elucet. Vocat enim ad ſe Jeſum & cum eo amicè, leniter & moderatè agit de criminatione ad ſe allata: Non in gratiam Judæorum eum convitijs proſcindit. Cum aut rei ſunt examinandi, aut pauperum & viduarum cognoſcendæ cauſæ hæc seriò judicibus ſunt meditanda, ne vel Ethnico inhumaniores judicentur. Syrach. 4. ver. 8. Præbe aurem pauperi non gravatè. Fungere officio tuo, eiq; amicè & comiter reſponde.

Tertiò, quærit an ſit ille Rex Judeæorum. Ut enim antea accuſatores: ita nunc eum, qui tan-

quam reus accuſabatur, audit deq́; crimine objecto diligenter examinat. Judicibus Pilatus ſuo præit exemplo, ne inauditum, ut ſuprà quoque monuimus, in cujuſquam gratiam condemnent: Sed utramq́; partem ſtudiosè accurateq́; audiant & examinent. Juliani imperatoris illud nobis hîc non eſt ſilentio prætereundum; Qui, quamvis immaniſsimus tyrannus, neminem tamen, causâ inauditâ, morti adjudicare unquam conſuevit. Cuidam autem ex ijs, qui ipſi à conſilijs fuerunt, dicenti; Quis igitur reus perhiberi queat, ſi ſe excuſandi poteſtas cuilibet concedenda? reſpondit: Quis ergo innocens eſſe poterit, ſi ſolum accuſationi acquieverimus.

4. A Chriſto porrò interrogatus Pilatus, an ex ſeſe habeat illa quæ de Regio Chriſti percontetur munere, vel ex aliorum relatu; Egone, inquit, Judæus? quaſi diceret; quid mea refert qualis Meſsias ſit vobis pro-

promiſſus, illa religionis veſtræ cura me non tangit: Tui Judæi affectatæ dignitatis Regiæ te accuſant; ab ipſis igitur me hæc accepiſſe ſatis conſtat: Si illi veram in te cauſam nondum attulerint; tu quid feceris ſine tergiverſatione aperias & in lucem proferas, ſaltem velim. Securè nimium permulti cum Pilato religionem contemnunt, ejuſq; curam non ad ſe, ſed ad paſtores pertinere perperàm judicant. In ijs verò quę hujus ſunt mundi, plus quàm curioſi exiſtunt.

5. Tandem, Chriſto aſſerente ſe ideo in mundum veniſſe, ut veritati teſtimonium ferret, Pilatus de veritate quid ſit, quæſtionem movet. Et profectò niſi abitum, reſponſo à Chriſto non expectato, maturaſſet, dulciſsimam de veritate concionem audiviſſet. Ita curis hujus ſeculi haud pauci avocantur, retardantur & abſtrahuntur, quo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

minus veritatis cognitione imbuantur.

Hactenus de Pilati facto ejuſq; cum Chriſto, in prætorio, primo congreſſu, diximus: Nūc Chriſti reſponſum evolvam⁹ & expendam⁹.

Primò ſtans coram Pilato, eum viciſsim ſuà urget quæſtione, an videlicet ex aliorum relatione, illa quæ proferat, perceperit. Qua interrogatione miniſtros verbi Dei admonet ſui officij, quod in eo ſitū eſt, ut magnâ animi conſtantiâ & gravitate, nullo habito perſonarum reſpectu, quæ ad Dei gloriam ſpectant, tueantur, & propugnent. Sic, Matth. 11. v. 7. Joh. conſtantiam laudibus Chriſtus extollit: Minimè igitur decebit pallium ad quemlibet accommodare ventum, aut cujuslibet venti impetu huc atq; illuc inſtar arundinis ferri. Eadem hac interrogatione, ad illam Pilati adhibitâ, tacitè Pilatum vult ſui admonere officij; quod eſt, ſtudiosè rei veritatem ex teſtibus fide dignis,

inqui-

inquirere. An alij, inquit, hoc tibi de me dixerunt q. d. ſi vis Judex haberi æquus, non te accuſatorum acquieſcere calumnijs; ſed injungere eis oportet, ut teſtimonijs indubitatis me criminis alicujus convincāt. Quotieſcunq; igitur de facto dubitatio incidit, hujus reſponſi memoriam pios judices conſervare decet.

Deinde ad quæſtionem à Pilato propoſitam reſpondet. 1. Regem ſe fatetur. 2. Diſcrimen regni ſui & mundani ſtatuit. 3. Cur in mundum venerit, rationem addit, 4. Quæ ſit vera Chriſtianorum nota exprimit. Ordine ſequentes quæſtiones ex Chriſti reſponſo enucleabimus. 1. An JESUS ſit Rex? 2. Qualis ſit Rex, & quodnam diſcriminis inter hujus Regis & Regum aliorum regnum. 3. Cur hic rex in mundum venerit. 4. Quâ nam notâ ejus inſigniti ſint ſervi?

1. An ſit JESUS Rex? Regem eſſe eum pluribus convincitur. 1. No-

mina

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

mina ipſi indita hoc confirmant. Vocatur enim Hebræis Meſsias; & Græcis Chriſtus, propter unctionem illam Regibus Judæorum uſitatam. 2. Teſtimonia utriuſq; teſtamenti idem teſtatum relinquunt. Pſal. 2. v. 6. Zach. 9. v. 9. Matth. 2. v. 11. Matth. 21. v. 9. Matth. 25. v. 34. 3. Typi veteris teſtamenti idem teſtantur, de quibus 2. Reg. 7. v. 13. Et 1. Paralip. 22. v. 10. 11. Nam quæ ibi dicuntur ſoli Jeſu propriè competunt.

Quod Deus filium ſuum unigenitum Regem nobis dederit, conſolationis refertiſsimum eſt, contra omnes hoſtes, qui nobis inſidiantur. Diabolum metuis? Is quam diu ſub hujus Regis tutelâ verſaris, ne capitis capillo nocere, ſine Chriſti voluntate, poteſt: Imò ne in porcos quidem minimum obtinet imperium, ſine ejus permiſſu, Matth. 8. v. 31. 32. Morbis infeſtaris? Eo mandante, ſtatim recedunt. Inimicorum rabiem formidas? Ecce hujus

jus Regis tanta eſt potentia, ut, eo loquente, retrò agantur. Pſal. 2. v. 9. Mortis terrore perculſus es? At abſorpta eſt mors in victoriam. 1. Cor. 15. v. 55. Ac ne fortè hoſtium multitudo terrorem tibi injiciat, audi Chriſtum te confirmantem. Luc. 12. v. 32. Ne time parve grex. Nam viſum eſt patri veſtro vobis dare regnum. Si igitur Rex noſter quacunq; nos vexari voluerit calamitate, memoriâ repetamus illud Pauli ad Rom. 8. v. 35. 36. 37. 38. 39. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? &c.

II. Qualis rex Chriſtus; & quid diſcriminis inter Chriſti regnum & regna hujus mundi? Noſter rex eſt Deus verus & homo, ad dextram Dei Patris evectus, omnem poteſtatem habens in cœlo & in terra, Matth. 11. v. 27. Johan. 3. v. 35. Cujus quidem regnum eſt in hoc mundo, ſed non ex hoc mundo, id eſt, non eſt mundanum, aut reli-

quo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

rum regnorum inſtar mutationi & vanitati expoſitum, ſed æternum. Aliâs enim, quod ad fines regni ipſius ſpectat, ij ſeſe ſupra omnes cœlos, & quæcunque cum in terrâ tum in ipſis abyſsis continentur, extendunt. Quocirca nos qui Chriſtum regem agnoſcimus & profitemur, non in terrâ theſauros congeramus, ſed congeramus nobis theſauros in cœlo, Matth. 6. v. 19. 20. 21. Sed quàm exiguus eorum ſit numerus, qui terrenis relictis, ad cœleſtia ſeriò & ex animo aſpirent, quis non videt? Ut puteus aquâ ſcaturit: Sic maxima mundi pars pravitatem ebullit. Jer. 6. verſu 7. Nobis autem, qui Chriſto nomina dedimus, mundus ſit crucifixus, & nos mundo. Nam ſi cum eo mortui ſumus, cum eo etiam vivemus: Si toleramus, etiam cum eo regnabimus. 2. ad Tim. 2. verſu 11. 12. Si igitur affligimur, aut à filijs hujus ſeculi injuriâ afficimur, memoriâ repeta-

mus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

mus Chriſti regnum non eſſe ex hoc mundo. Unde Joan. 16. verſu 33. Chriſtus dixit: In mundo oppreſsionem habebitis: ſed confidite, Ego vici mundum.

Regnum itaq; Chriſti in quibus à regnis differat mundanis clarius videamus. 1. Finibus differt. Nam regna mundana certis ſuis continentur finibus, & orbis terræ regionibus definiuntur: Chriſtus autem dominabitur à mari uſque ad mare & à flumine uſq; ad terminos terræ. Pſal. 72. v. 8. Mich. 1. verſu 11. Heb. 2. v. 8. 2. Collectione & adminiſtratione. 1. Chriſti enim regnum propagatur & adminiſtratur Evangelij prædicatione: Mundana autem regna gladio & armis. Unde Chriſtus dixit Luc. 24. ver. 47. Oportuit prædicari in ejus nomine reſipiſcentiam & remiſsionẽ peccatorum. Vide Heb. 1. v. 3. & Heb. 4. v. 12. II. Pro defenſione regnorum mun-

mundanorum ſubditi ſeſe vitæ diſcrimini objicere coguntur; Sed ſolus Jeſus ſuos ſubditos de poteſtate tenebrarum eripuit ac liberavit. Col. 1. v. 13. Heb. 2. v. 14. III. Reges mundani ſuis ſubditis ttibuta imperant; At Jeſus Chriſtus ſubditorum ſuorum longuores in ſe tranſtulit, Eſa. 53. v. 4. Et principatum in ſuis humeris gerit. Eſa. 9. v. 6. IV. Reges mundani imperium tenent in corpora & bona externa: Sed Jeſus in animam quoq; imperium obtinet. Matth. 10. v. 28. Atq; ita multipliciter collectione & adminiſtratione regnum Chriſti à mundanis differt. 3. Beneficiorum collatione. Reges enim mundani caduca tantum & momentanea conferre poſſunt beneficia, non autem æterna: Chriſtus autem æterna & verè bona ſuis largitur. Rom. 14. v. 17. Cum hiſce beneficijs totius mundi theſauri ne minimâ quidem ratione conferri poſſunt. Quocirca ut à terrenis ad cœleſtia

ani-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

animos noſtros Rex noſter avocare poſsit, non ex noſtrarum cupiditatum libidine terrena hæc diſpenſat bona; ſed ex ſapientiſsimo voluntatis ſuæ beneplacito ea deſtribuit. Si enim ſemper rebus proſperis & ad voluntatem noſtram affluentibus uteremur, Deo ſuam paradyſum in cœlo relinqueremus, & pro terrenis æterna commutaremus.

4. Duratione. Nam regum mundanorum regna mutationibus & vanitati expoſita ſunt: Sed Chriſti regnum in omnem æternitatem ſtabilietur. Eſa. 9. v. 7. Daniel. 2. v. 44. Exhortationi igitur Davidicæ, quæ extat Pſal. 2. v. 10. 11. 12. aures faciles præbeamus: Et nunc reges, inquit, prudenter agite, erudimini judices terræ, ſervite JEHOVÆ in timore & exultate in tremore. Oſculamini Filium, ne fortè iraſcatur, Et pereatis in viâ, quum exarſerit vel paululum ira

ejus: beati omnes qui ſperant in eo.

3. Nunc, cur in mundum venerit Chriſtus, attendamus, veni, inquit, in mundum, ut veritati teſtimoniũ ferrem. Quid autem ſit veritas ipſe Chriſtus. Joh. 14. v. 6. docet: Ego ſum via, veritas & vita. Venit igitur Chriſtus ut veritati teſtimoniũ ferret, hoc eſt, ſui ipſius cognitione ac patris cœleſtis mentes humanas imbueret; & ſcientiam ſalutis daret, Luc. 1. v. 77. ut omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Joan. 3. v. 15. Contra innatam mentis cæcitatem hinc conſolationem haurire debemus. Chriſtus enim non modò eſt ſapientiæ iſtius cœleſtis doctor. Joan. 3. v. 31. 32. ſed & â Deo nobis datus eſt ſapientia, 1. Cor. 1. v. 30. Admonemur quoq; ut teſtimoniũ Chriſti recipiam9. Qui n. recipit ejus teſtimoniũ, is obſignavit quod Deus verax ſit. Nam is quem miſit Deus, verba Dei loquitur. Joan. 3. v. 33. 34.

4. Po-

4. Poſtremò, quanam notâ ſubditi hujus Regis inſigniti ſunt, audiamus. Qui eſt, inquit Chriſtus, ex veritate, audit vocem meã. Quicunq; igitur, audit vocem Chriſti; ſermonem ejus ſervat eique credit; & vitam ac mores ad eum confor-mat, is Chriſti ſervus habetur. Joan. 8. v. 47. Joh. 10. v. 27. Contrà qui reijcit Chriſtũ, nec recipit verba ejus, habet qui condemnet ipſum: ſermo quem loquutus eſt Chriſtus judicabit eum ultimo illo die. Joan. 12. verſu 48. Quilibet apud ſe examen inſtituat, num audierit vocem Chriſti. Nam qui ſermonem ejus audit & credit ei qui miſit eum, habet vitam æternam, & in condemnationem non veniet, ſed tranſijt à morte in vitam. Johan. 5. verſu 24. Hucuſque de Pilati cum Chriſto colloquio in prætorio.

Nunc ſecundo loco, ea quę ſtatim extra prætorium acta ſunt, at-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

tingamus. 1. Pilatus Chriſtum ad Judæos eductum innocentiæ teſtimonio ornat; & Chriſtum calumnijs Judæorum oneratum ad diluenda crimina provocat & invitat. Ex parte aliquâ judicis æqui obit munus: dum innocentem excuſat, & ſimul ei poteſtatem defendendi ſeſe facit. Sed peccat graviter non abſolvendo innocentem. Rectè enim Syrach. cap. 4. v. 9. Libera eum cui fit injuria, ab eo qui infert injuriam: neve parvum animum habeas in judicando.

2. Judæi indurati, poſthabito innocentiæ teſtimonio, in criminibus Chriſto intendendis ſine omni rubore perſeverant.

3. Chriſtus verò facilè animadvertens veritati nullum relictum locum, ſilentio & patientiâ injuriam ſibi illatam vincit: adeò ut ipſe præſes, ſilentij hujus admiratione teneri dicatur. Noſtrûm quoq; erit cum patientiâ admirari & adorare longanimitatem Dei, ſi quando ad in-

jurias

jurias membris Chriſti factas ſilere & connivere videatur. Minimè e-nim ſtatuendum Chriſtum tacere, quaſi non tangeretur & ſeriò affice-retur ſuorum oppreſsione: Sed lon-ganimitatem poſteà pœnæ gravi-tate eſt compenſaturus. Hiſce ita leviter perluſtratis, cauſas ſilentij Chriſti paulò altius repetere, à re a-lienum non videtur.

1. Siluit Chriſtus, ut linguæ mo-derationem nobis etiam atq; etiam commendaret. Aliud enim eſt tem-pus loquendi, aliud tacendi. Jaco-bi. 1. v. 26. 1. Pet. 3. v. 10.

2. Ut patientiæ exemplo, in ca-lumnijs tolerandis, nobis præiret. Tertullianus inquit: ſi apud Deum depoſueris injuriam, ille ultor erit; Si damnum, ille reſtitutor: Si dolo-rem, ille medicus erit. Cyprianus: Semel vincit qui ſtatim patitur. E-gregium patientię exemplum in Pe-ricle, Athenienſium duce clariſsi-mo, prætermittere mihi non eſt vi-

ſum: Is enim aliquando in foro convitijs & opprobrijs impetitus à quodam impuro atq; impudico homine, totum diem tacitus eum ſuſtinuit, interim quod habebat negotij conficiens; veſperi domũ modeſtè abijt, illo comitante, & maledicentiæ nihil ſibi reliquum faciente: Et tamen Pericles, cum jam ſe tenebræ noctis primæ intendiſſent, famulo ſuo mandavit, ut ei domũ ſuã preluceret. Quantò igitur magis decebit Chriſtianos, Chriſti exemplo, calumnias & mendacia inimicorum moderatè ferre; ſimulq; cavere ne judicijs inter ſeſe turpibus conflictari judicentur? Neque tamen interdictum putabimus cuiquam jus ſuum apud Judices repetere, & jure ſeſe ab injuriâ vindicare. Perindè enim eſt, ac ſi ad Deum confugeremus: modò tamen primùm res id omninò poſtulet; prius tentatis vijs lenioribus; & vindictæ cupiditas abſit. Agitur tamen multò melius nobiſcum, ſi patientiâ injurias vincere

cere

cere conati fuerimus. 1. Cor. 6 v.7. 8. Et Ambroſ. Illud eſt magnificum, ſi affectus contumelijs, Dei judicium laudes.

3. Tertiò, ut nobis poſsit patronus & advocatus eſſe in conſpectu Dei: nobiſque os aperiret, libertatemq; clamandi Abba pater pareret: Gal. 4. v.6. ei ſilere placuit. Indignitate igitur propriâ nos à throno gratiæ deterreri non patiamur.

De tertia concionis hujus parte.

Pilatus, auditâ mentione Galilææ, Chriſtum ad Herodem, Galilææ tetrarcham, mittendum ſtatuit; idq; in primis ut neceſsitatem condemnandi Jeſum in gratiam principum & ſacerdotum, quos offendere verebatur, effugeret. Sicut quidam noſtrorum Judicum, ortâ lite inter divites & pauperes, ne divitum animos offendere videantur, aut apertâ injuriâ oppreſſos afficere, judicentur, ſubterfugia,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

quærunt, interea, quomodo membra Jeſu tractentur, nullam curam agentes. Sed ne quaquam licet magiſtratui in cauſarum deciſionibus judicia ſubterfugere & divitare: quin potius pro jure forti infractoque animo ſtandum ducant, non tam potentum, quàm Dei favorem curantes. Rectè Plato: Qui injuriam facit nemini, dignus ille quidem honore: At qui non patitur, & impedit injurioſos, ne injuriam faciant, pluſquam duplici præ illo dignus fuerit honore. Ille enim uni, hic multis dignitate eſt comparandus.

Sed in hoc Pilati facto, Dei providentia quoq; elucet. Ut enim conſtaret, Jeſum veniſſe ad vocandum peccatores ad pœnitentiam. Matth. 9. v. 13. ideo, ad varij generis facinoroſos duci quoq; voluit: Sed ut Herodes ejuſq; aulici gratiam oblatam reſpuunt: ſic multi etiamnum ſalutem in Chriſto exhibitam negligunt. Qua occaſione in

au-

aulam Herodis miſſus fuerit Chriſtus diximus: Nunc quomodo ab impio Rege ejuſq; ſervis exceptus, aperiemus.

1. Herodes, viſo Jeſu, lætitiâ perfuſus dicitur: non quidem quod cupiditate diſcendi quicquam à Chriſto flagraret; ſed quod ſtudio videndi prodigium, aut miraculum aliquod teneretur. Ita filij hujus ſeculi quærunt in Evangelio ſuas voluptates, quas cùm Evangelium ipſis non permittat, illud faſtidiunt, irrident & contemnunt.

2. Interrogat Chriſtum de multis, non ut erudiatur, ſed calumniandi occaſionem nanſciſcatur. Qui autem Informari cupit à Chriſto, is tanquam diſcipulus cum humilitate diſcendi ſtudio eum accedere debet. Chriſtus vero Herodi nil reſpondet, docens margaritas porcis non projiciendas & ſanctum canibus non dandum Matth. 7.v.6.

3. Herodes Chriſtum unà cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ſuis aulicis ludibrio exponit. Raro enim Chriſtus ejuſq; verbi miniſtri honore, in aulâ impiorum Principum, afficiantur; ſed cùm à Principibus, tum ab eorum ſervis ludibrio habentur. Si itaq; quiſquam aulicis ludibrio ſit, exemplo Chriſti ſe conſolari debet. Notandum quoq; hic venit impij Principis ac Regis plerumq; eſſe ſervos impios. Syrach. 10. v. 2. Jud. 9. v. 9.

Cavendum autem miniſtris, quibus ſalus æterna cordi eſt, ne in gratiam principum Chriſto ejuſq; membris vel leviſs. inferant injuriam. Sic Regis Sauli ſatellites Abimelechũ perimere in Regis gratiam noluerunt. 1. Reg. 22. v. 17. Sic Abdiæ pietas commẽdatur, quòd centum vates quos impijſſimꝰ Ahabus morti deſtinaverat, ſubduxerit, & in ſubterraneis locis abditos pane & aquâ aliquandiu, contra Regis edictum, ſuſtentaverit. 3. Reg. 18. v. 3. 4. Quod exemplum, Principum conſiliarios & miniſtros imitari decet.

4. Al-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

4. Alba veſte indutum Chriſtum pro ſtulto ad Pilatum remittit. Docemur Evangelij prædicationem gentibus eſſe ſtulticiam. 1.Cor.1.v. 23. Deinde candidæ veſtis indumento Herodes vel ignarus, innocentiæ teſtimonio Chriſtum ornat: breviq; in regni ſui gloriam & ſplen dorem ingreſſurum indicat. Improbrorum itaq; improba conſilia & blaſphemias ad ſui nominis gloriam dirigere Deus novit. Quò enim magis innocentia Chriſti premitur, eò magis emergit & inclareſcit. Rectè Chryſoſt. Nullo eget auxilio veritatis vis. Quia etiamſi infiniti eam extinguere velint, non modò non obſcuratur; verum etiam per eos ipſos, qui incommodare conantur, illuſtrior & excelſior redditur, illos fruſtrà ſe torquentes deridens.

5. Herodes & Pilatus reconciliari dicuntur. Qui aliâs odio diſſident inextinguibili, ad Evangeliũ

ejuſq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ejuſque profeſſores perſequendos, conſpirant. Nobis autem erudiendis & inſtruendis hæc illorum reconciliatio ſervire debet. Si enim infideles, diſſenſionibus depoſitis, tàm facilè in gratiam redeunt, quantò magis decet eos, qui volunt haberi membra Chriſti, odium & rixas deponere, & cum proximo amicitiam inire? Eph. 4. v. 32. Sed eſtote alij in alios benigni, miſericordes, condonantes vobis mutuò offenſas, ſicut & Deus in Chriſto vobis condonavit: Huic gloria in ſecula ſeculorum Amen.

CONCIO NONA.

Textus.

Pilatus autem convocatis principibus ſacerdotum &c. Et poſitis genibus adorabant eum.

IN proximâ præcedenti concione, de Pilati & cum ſacerdotibus, de criminatione ad ſe allatâ; & cum Chriſto, de Regio ejus munere, inſtitu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ſtituto colloquio, diximus: ſimulq́ue quid Chriſto in Herodis aulâ contigerit, aperuimus: Nunc quomodo, & quibus medijs Pilatus Chriſtum, ab omni culpâ immunem, è rabioſorum & furioſorum Judæorum manibus eripere ac liberare conatus fuerit, inquiramus. Primò innocentiam Chriſti etiam atq; etiam commendat: Deinde, collatione inter Barrabam facinoroſum, & Chriſtum extra omnem poſitum culpam, inſtitutâ, Chriſtum liberare nititur. Sed crudeles & obſtinati Judæi Barabam abſolvi cupiunt, dæq; Chriſto in crucem agendo clamores tollunt. Tandem, ut Judæis gratificaretur ſimulq; efferatam illorum iram & odium ſedaret, Jeſum innocentem flagellari curavit, eumq́; militibus ignominiosè tractandum permiſit.

Partes concionis hujns principales ſunt tres.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

I. De Pilati animo ad liberandum Chriſtum valde propenſo.

II. De uxore Pilati admonente eum in tribunali adhuc ſedentem, ne in necem Chriſti juſtiſsimi conſentiat.

III. De Chriſti flagellatione & coronatione.

De primâ parte.

Pilatus autem convocatis principibus) 1. Pilatus, ut Chriſtum à criminatione illatâ vindicaret, ſacerdotum principes de novo congregari & cogi curavit. 2. eoſq́; de Chriſti innocentiâ, ſedulò admonuit: 3. Et occaſionem, ex illorum conſuetudine, liberandi Chriſtum qnæſivit. Sacerdotes autem non niſi morte Chriſti acquieſcendum duxerunt: De ſingulis proinde enucleatè verba facere, animus eſt.

De primo. Pilatus, coactis & convocatis Sacerdotum principibus, Chriſti innocentiam ita commendat, ut eos injuriæ Chriſto illa-

tæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

tæ inſimulare videatur. Obit hac in parte Pilatus boni & æqui judicis munia, dum innocentem Chriſtum pronunciare; & principes injuriæ accuſare non veretur. Rectè Euripides de hujuſmodi juſticiâ civili: Nihil eſt, inquit, civitati præſtantius, quàm leges rectè poſitæ. Nam & inferioris homo ſortis; & qui ditior eſt, æquale jus experiuntur. Vincit autem minor majorem, ſi juſtam cauſam habeat. In eo autem cadit Pilati juſticia, quod innocentiſsimum Jeſum ſe miniſtris eorum flagellis afficiendum traditurum polliceatur. Novit Jeſum omnis criminis expertem, cur igitur non culpâ ipſum liberat? Principum certè auctoritas & gratia obſtiterunt. Prudentius & æquius Themiſtocles prætor, qui cum rogaretur à Simonide Poetâ, ut amicum, non adeò juſtam habentem cauſam, quàm commendatiſsimum ſibi pateretur, reſpondit: Nec

Simo-

Simonidem fore bonum poetam, niſi menſuram in canendis carminibus, quæ fundebat, curaret: neq; ſe bonum prætorem habitum iri, ſi legibus ac juſticiæ, alicujus gratiam præpoſuiſſet. Utinam permulti hanc Themiſtoclis, in ſententijs ferendis, dexteritatem & æqualitatem ſervandam & retinendam ducerent, tunc leges tam crebrò ad gratiam non flecterentur.

De ſecundo, videlicet de ipſo Innocentiæ teſtimonio, quo Pilatus Chriſtum ornavit & auxit. Hic igitur paucis, in noſtram doctrinam, admonitionem & conſolationem, de innocentiæ Jeſu, cujus ſæpius fit mentio in hac hiſtoriâ, ſalutari uſu diſſeramus.

I. Innocentia ejus primò docet Chriſtum, non pro ſuis paſſum eſſe delictis, ſed pro noſtris; imo pro totius mundi peccatis. Eſa. 53. v. 4. 5. Si ab omni procul culpâ remotum filium tantis exponi calamitatibus Deus voluit, quid nobis futu-

rum,

rum, ſi juxta legis rigorem agere nobiſcum Deus voluerit, exiſtimas.

II. Innocentia ejus deinde admonet, in toto vitæ curriculo ita vivendum, ut noſtræ integritatis & pietatis teſtes, etiam inimicos, habere poſsimus.

I. Pet. 4. v.15. Ne quis igitur veſtrûm affligatur ut homicida, aut fur, aut maleficus, aut tanquam patrator malorum: Sed ſi ut Chriſtianus, ne pudefiat, imo glorificet Deum hac in parte. Hujuſmodi vitæ integritas in ipſis Ethnicis magnopere celebratur. Unde illud de Socrate: Qui cum jam morti deſtinatus eſſet, Apollodoro complorantiꝗ, dicentiq;, innocens morieris? Quid, inquit, num me nocentem mori malles? Ea igitur mors libenter ſubeunda, in qua criminis innocentia excuſatur homo. Huc illud de Anaxandrida, Leontis filio: qui cuidam acerbè ferenti, quod coge-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

retur urbe exulare, dixiſſe fertur: Ne, vir optime, exhorreſcas exulare civitate, ſed à Juſticiâ exulare horrendum eſt. Innuit non eſſe miſeros, quibus incolumi innocentiâ aliqua infertur calamitas: Sed eos verè eſſe deplorandos, qui ſuâ ſponte diſceſſerunt ab honeſto, etiamſi nulla ſequatur calamitas. Sive igitur calumnijs obruamur, ſive alia quacunq; calamitate afficiamur, vitam innocenter egiſſe, plurimum momenti habet. Cum Platoni relatum eſſet, eſſe nonnullos, qui convitijs & maledictis eum inſectarentur, reſpondit: At ego ſic vitam inſtituam, ut illis non habeatur fides; Quantò igitur magis, exemplo Chriſti, nobis innocentiæ ſtudendum.

III. Tertiò, innocentia Chriſti nos, contra omnes noſtras noxas, efficaciſsimâ erigit conſolatione. Eſt enim Jeſus Chriſtus inſtar fidelis fidejuſſoris, qui ſe vadem pro nobis dedit, noſtrumq; debitum u-

nà cum

nà cum pœnà in ſe tranſtulit, & juſticiæ divinæ ſatisfecit, Chirographum, quod adverſus nos erat, cruci affigens. Col. 2. v. 14. Quis igitur intentabit crimina adverſus electos Dei? Deus is eſt qui juſtificat. Quis eſt qui cōdemnet? Chriſtꝰ is eſt, qui mortuus eſt, imò verò qui etiam excitatus eſt; qui etiã eſt ad dextram Dei, qui etiam orat pro nobis Rom. 8. v. 33. 34. Faceſſant igitur conſcientiæ querelæ. Innocens enim pro nocentibus, ſatisfecit.

De tertio. Nunc Pilatus occaſionem liberandi Chriſtum ex Judæorum conſuetudine oblatam exiſtimans; eum cum Barabba confert: ſibi perſuaſum habens Judæos non fore tam vecordes & obſtinatos, ut hominem ſeditioſum, & latronem, Chriſto præferendum ſtatuant: Sed Judæi invidiâ occæcati vivificantem mortuos è medio tolli, & interficientem vivos mortis metu liberari, expetunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Tria autem hîc ſunt perpendenda. 1. Dicendum eſt de Judæorum conſuetudine. 2. Agendum de eorum obſtinatâ malitiâ, & implacabili in Chriſtum crudelitate. 3. Tum Chriſti cum Barabba inæqualis collatio conſideranda.

De primo, videlicet de Judæorum conſuetudine: Ubi rurſum expendemus.

1. qualis illa fuerit. 2. In cujus rei memoriam recepta. 3. Et quatenus conſuetudo aliqua ferri poſsit & debeat.

1. Qualis fuerit eorum conſuetudo Evangeliſta indicat: In feſto autem conſueverat præſes dimittere unum ex vinctis, quem voluiſſent. In more itaq; illis poſitum fuit, feſto paſchali appropinquante, captivum aliquem, contra expreſſum Dei mandatum, dimittere.

2. In cujus rei memoriam, ſeu cur hac uſi ſunt conſuetudine?

Volebant hanc conſuetudinem in populo Judaico vigere & conſervari,

vari, in memoriam eductionis ex Ægypto; non contenti eſu agni Paſchalis ab ipſo Deo inſtituto, Exo. 12. v. 3. Hujus autem conſuetudinis approbatione, non modò, præceptis Dei aliquid addendo, impingunt; ſed & legem de homicidis plectendis ac capite multandis violant. Sunt enim magiſtratus vicarij Dei ejuſq; miniſtri, ultores ad iram ei qui malè fecerit, Rom. 13. v. 4. Quare non quid conſuetudo, in ſceleratis puniendis, ferat, ſed quid jus divinum præcipiat & ſtatuat, magiſtratum conſiderare oportet.

Hîc autem ſingulari opus eſſe prudentiâ judico: ne vel ſumma tyrannis imperium obtineat: (ſummum enim jus ſumma ſæpe injuria) vel diſciplinæ virga neglecta jaceat: quod ubi fit, ibi omnem exulare virtutem neceſſe eſt. De extremâ tyrannide ita Seneca: Ferina iſta rabies eſt, ſanguine ac vulneribus gaudere. Idem memoriæ prodidit

magiſtratibus non minus dedecori multa eſſe ſupplicia, quàm medicis multa funera. De diſciplinæ habenis, vitijs non laxandis, quidam ſic ait: Remotâ juſticiâ, quid ſunt regna, niſi magna latrocinia. Et Heſiodus in hanc ſententiam dicit: Hoc uno, reges olim, ſunt fine creati: Dicere jus populis, injuſtaq; tollere facta. Rectè Seneca de hoc toto negotio ait: Pietate & juſticiâ, principes dij fiunt.

3. Quatenus toleranda conſuetudo? Valere debet, ut quidam dixit, conſuetudo longo tempore confirmata, ſi præter jus & non contra jus aliquid approbat. Tunc enim legis vim habere debet: Sed ſi contra jus conſuetudo quicquam imponit; tunc tenenda eſt regula Cypriani: Non hominis conſuetudinem ſequi oportet, ſed Dei veritatem. Et Tertullianus inquit: Veritati Dei nemo præſcribere poteſt; non ſpacium annorum, non patrocinia perſonarum, non privilegia regio-

regionum: quia Chriſtus qui æter-
num manet, viritatem ſe, non con-
ſuetudinem cognominavit. Ut igi-
tur homo nefarius, non melior quo
ſenior; ſed capitalior cēſetur, quàm
is qui jam recēs ſe ſceleri alicui per-
petrando dediderit: ſic inveterata
mala conſuetudo eò magis eſt corri
genda, extirpāda & funditus tollen-
da, quo magis ſpecioſo venerandæ
antiquitatis nomine tecta, decipiē-
dis hominibus & patrocinandę ma-
litiæ eſt accommoda. Ne itaq; mala
conſuetudo in legē abeat, ſedulò &
ſtudiosè cavendū. Nam, Philone at
teſtante, diuturnus mos, naturâ ipſâ
firmior eſt: & leviora peccata, ſi nō
prohibeas, ſubinde naſcuntur & au-
cta magnum capiunt incremētum.
Atqui hoc de conſuetudine dictū.

De ſecundo videlicet de Judæ-
orum malitiâ, & horrendâ e-
orum cæcitate.

De Jeſu Chr. vitâ innocētiſsimè a-
ctâ, ex multorū relatione, nō potuit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

non illis conſtare; & tamen ad eum dimittendum animo non moventur: imò ad invidiam ipſi conflandam, populum etiam, ut de eo in crucem agendo, clamores edat, incitant & inflammant. Cauſam requiris cur tantâ animi obſtinatione de Chriſto innocentiſs. crucifigendo clament? ſolâ invidiâ eos adeò in Chriſtum efferatos invenies.

Matth. 27. v. 18. Sciebat, inquit, de Pilato verba faciens, eum per invidiam ab eis eſſe traditum, Ægrè enim Judæi ferebant doctrinam depravatam & mores deploratos à Chriſto acrius taxari. Invidiæ rubigo, inquit Cyrillus, nihil videt, ſed excæcat animam & filia eſt ſuperbiæ. Nã ſuperbus non poteſt non eſſe invidus. Gregorij Nazianzeni illud, de invidiæ effectis, nobis non eſt prætermittendum: Hæc, inquit, & luciferum (diabolum, nunc principem tenebrarum) obſcuravit, ob mentis elationem prolapſum: indignum enim atq; intole-

tolerandum ducebat, ſe cum divinus eſſet, non Deum quoq; exiſtimari: & Adamum, per voluptatem & mulierem circumventum, è paradyſo expulit. Adductus eſt enim, ut Deitatem ſibi invideri crederet, dum à ſcientiæ ligno arceretur. Hęc & Cainum ad inferendum fratri necem impulit, quod purius ſanſtiuſq; ſacrificium æquo animo ferre non poſſet. Hæc & mundum immundè atq; incompoſitè ſe gerentem aquis texit; & Sodomitas igne obruit. Hæc & Dothan & Abiron adverſus Moſen furore elatos, in terram defodit, & Mariam, quæ adverſus Moſen tantum murmuraverat, leprâ infecit. Hæc & Prophetarum cruore terram contaminavit, & ſapientiſsimum illum Salomonem per mulieres perculit. Hæc & illum laqueo dignum Judam, exigua pecuniâ illectum, proditorem effecit; & Herodem puerorum interfectorem; & Pila-

tum Chriſti carnificem. Hæc & Iſraelem cribravit ac diſperſit, ne nũc quidem adhuc è peccato ſuo emergentẽ &c. Et Chryſ. Per eam mors venit in mundũ: propter ipſam Abel eſt interemptus; David periculũ cædis ſubijt; & Judæi Chriſtum interfecerunt. Cyprianus inquit: Judæi inde perierunt, quod Chriſto maluerunt invidere, quam credere. Ab invidiâ igitur, radice malorum omnium, fonte cladium, ſeminario delictorum, materiâ culparum temperare diſcamus.

Ex ſervis autem clamores edentibus, de Chriſto in crucem tollendo, vulgi inconſtantiſsimi naturam optimè cognoſcere licet. Cui n. vulgꝰ immobile, paucis interjectis diebus, honorẽ regis detulit, eum nunc in crucẽ agi expetit. Rectè Seneca: O funeſtꝰ multis populi, Diruſq; favor, qui cũ flatu vela ſecundo ratis implevit, vexitq; procul, languidus idẽ deſerit alto, ſævoq; mari. Et juvenalis inquit: Turba tremens ſequi-

quitur fortunam ſemper, & odit Damnatos &c. Exemplũ requiris? En habes in Ariſtide, cognomento juſto: qui cum oſtraciſmo ab Athenienſibus in exilium ageretur, ac ruſticus quidam, nulla literarũ cognitione præditus, teſtulam ad eum deferens juſsiſſet, ut Ariſtidis nomen inſcriberet: An noſti, inquit Ariſtides, Ariſtidẽ, & ab eo an ullam unquam paſſus es injuriam? Eo autem negante Ariſtidem ſibi cognitum, ſed moleſtè ferente cognomine juſti eum inſignitum iri, ſilentium ſibi impoſuit Ariſtides, ac nomine ſuo teſtulæ inſcripto, eã reddidit. Quid magis vulgi arguit inconſtantiam & levitatem, quàm non cognitum, & quidem eum, à quo nullam unquam acceperit injuriam, condemnare: Cum itaq; in vulgo tanta ſit varietas & crebra tanquam tempeſtatum, ſic ſententiarum commutatio, ut inquit Cicero, ei nos nullo modo credamus.

Por-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Porrò non prætermittendum videtur, populum à principibus incitatum & inſtigatum, ut de Chriſto cruci affigendo, & Barabba periculo mortis liberando clamores tolleret: Quo monemur malos in Eccleſiâ doctores, & iniquos in repub. magiſtratus, peſtem eſſe venenatam. Ut enim, atteſtante Cicerone, mare quod ſuâ naturâ tranquillum eſt, ventorum vi agitatur: Sic populus ſua ſponte placatus, hominum ſeditioſorum vocibus, ut violentiſsimis tempeſtatibus, attollitur.

De tertio, videlicet de Chriſti iniquiſsimâ cum Barabba comparatione. Ubi conſiderandum. 1. Quis Barabbas ille fuerit. 2. Quantum inter Barabbam & Chriſtum diſcrimen? 3. Cur Chriſtus homini ſceleratiſsimo comparatus fuerit?

1. Quis & qualis fuit Barabbas? Barabbas, ſi etymon ſpectes, rectè dicitur patris filius, cujus malitiam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

tiam toti civitati notam & perſpectam fuiſſe, Evangeliſtæ teſtantur. Et, procul dubio, nimiâ patris indulgentiâ talis evaſit. Blanda enim patrūm ſegnes facit indulgentia natos. Sed hujusmodi patris filij, delicatè nimium educati, poſteà patriæ & parentibus, omnibuſq; ſibi vinculo vel affinitatis, vel conſanguinitatis devinctis, damno & dedecori fiunt. Parentes ſui eſſe officij admonentur rectè ſuos educare liberos. Magiſtratus vero diſcat hujuſmodi Barabbas, ideſt, ſeditioſos paciſq; dublicæ turbatores maturè coercendos & frenandos, ut malitiæ eorum finis imponatur. Eleganter Seneca inquit: Qui non vetat peccare cum poſsit, jubet. Et Cyprianus: Puniantur à te, ne tu puniaris pro illis.

2. Quantum inter Chriſtum & Barabbam diſcrimen? 1. Chriſtus fuit auctor & princeps pacis: Barabbas latro & ſeditioſus. 2. Chri-

ſtus

ſtus vulnera omnium ſanavit, ac mortuis etiam vitam reſtituit: Barabbas multis vulnera inflixit & lucis hujus uſurā ademit. 3. Deniq; in Chriſto perfectiſsimum & omnibus numeris abſolutiſsimum omniū virtutū exemplar fuit: Barabbas verò quantus quantus fuit, omni vitiorū genere cumulatus fuit. Vides infinitum & immenſum inter Chriſtum & Barabbam diſcrimen extitiſſe; & tamen Barabbas Phariſæorū & populi ſuffragio liberatur. Idem certè permultis contingit. Nam ſeditioſi, pacis & concordiæ turbatores, impuniti relinquuntur; imo in eorū ſcelera manifeſtiſsima ne quidē aliquando inquiritur: interim de innocentibus conjurationes fiunt, cum contrarium fieri ex uſu Reipub. eſſet. Nam ut unius improbi ſupplicio multorum coërcetur improbitas; ſic unius licentia peccandi occaſionē permultis peperit. Ure igitur & ſeca, ut inquit Cicero, ut membro-

rum

rum potius aliquod, quàm totum corpus intereat.

3. Nunc, cur Chriſtus ſceleratiſſimo voluerit conferri homini, videamus. 1. Prima cauſa fuit, ut vaticinio, de quo Eſa. 53. v. 12. ſatisfaceret: Cum iniquis reputatus eſt. 2. Ut animo volveremus quàm fœda res ſit peccatum, propter quod Chriſtum in tam profundam demergi ignominiam, ut vel latrone judicatus fuerit abjectior, oportuerit. 3. Ut inde firmam adverſus iram Dei haurire conſolationem poſſemus. Nam ideo in profundum ignominiæ ſe demergi paſſus eſt, ut nobis ex perpetuâ extractis ignominiâ, aſcenſum in cœleſtem gloriam pararet: imò ideo latrone habitus is fuit abjectior & deterior, ut nos ab æternâ eriperet ignominiâ ac morte, & Deo ejuſq; ſanctis Angelis aggregaret.

De ſecundâ hujus concionis parte.

Pila-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Pilatus jam ſedens in tribunali ab uxore admonetur, ne in innocentiſsimi Jeſu necem conſentiat: ſed de eo liberando etiam atque etjam conſilia capiat. De hac re ita Lyra: Sicut Diabolus per mulierem mortem intulit: ita per mulierem vult Chriſtum è manibus Judęorum liberare, ne, per mortem ejus, mortis amittat imperium. Sed veritati maximè eſt conſentaneum, hujus mulieris ſomnium ideo Dei gubernatum providentiâ, ut teſtimonium mulieris, de Jeſu innocentiâ omnibus innoteſceret; & judæi ita redderentur magis inexcuſabiles; & Judex ipſe, à quo damnatus Chriſtus, minus excuſationis haberet. Sed, hiſce omiſsis, ſequentes doctrinas expendamus.

1. Modeſtia uxoris Pilati commendatur. Per nuncios enim illa de re maximi momenti cum marito, cauſas jam cognoſcente, agit, ne ſibi fori gubernationem arripere videatur. Sic honeſtæ mulieres per alios,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

alios, quæ in foro exequenda ſunt, expedire debent.

11. Conſilium ipſum Pilato datum, ne ſcilicet ſuffragium de Chriſto tollendo det, uxores, quarum viris Reip. adminiſtratio commiſſa eſt, admonet, ut eos ab impietate & injuſticiâ dehortari & retrahere ſtudeant, ne iniquitas eorum in utriuſq; poſteritatem tantem redundet. Meritò BERENICES, Ptolomæi uxoris, pietas omnibus commendata eſſe debet: Cum enim Rex ad talos ſederet, & aleâ luderet; aſsiſtens quidam condemnatorum ipſi nomina recitabat, & quibus criminibus obnoxij erant, referebat, ut ille, quinam mortis ſupplicium commeruiſſent, decerneret: BERENICE verò uxor ejus, accepto libello è pueri manibus, non permiſit, ut ad finem uſq; legeretur, dicens: Non ſic obiter advertendum eſſe animum, cum de hominis ſalute diſceptaretur: Sed

cogitandum & relinquenda ludicra. Non enim ſimilem eſſe caſum talorum & corporum. His auditis delectatum ferunt Ptolomæum, neque poſteà unquam inter ludendum de cauſis capitalibus cognoviſſe. Hujus & aliarum ſimilium veſtigijs mulieres, penes quarum viros imperium & decernendi poteſtas eſt, inſiſtere meritò deberent. Sed quid fit? Impiè illius Jeſabelis impia & noxia premunt permultæ veſtigia, quæ conſilia invadendi in poſſeſsionem vineæ Nabothi excogitavit & ad finem perduxit 3. Reg. 21. verſu 7. 8. &c. quam impietatem & injuſticiam in corpore luiſſe. 4. Reg. 9. verſu 33. &c. legitur: imò non illa ſolum hujus injuſticiæ causà, ſed & domus Ahabi tota, deleta eſt. 4. Reg. 10. verſu 17.

Viri autem qui cum imperio ſunt, conſilia muliebria non omnino rejicienda, ſed utiliter audienda diſcant. Nocuit enim ſæpius u-

xorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

xorum monitis, præſertim earum, quæ inſingulari aliqua pietate & prudentia præditæ ſunt, non paruiſſe. Exemplo ſit Cæſar, qui ſi Calphurniæ uxoris ſomnio & conſilio aliquid dediſſet in præſentiſsimum vitæ periculum, eo die, quo à conſpiratoribus 23. Vulneribus confoſſus eſt in curia, non incurriſſet. Et quàm ſalutare Abigaelis conſilium Davidi fuerit, literæ ſacræ teſtatum faciunt. 1. Reg. 25. ver. 23. 24.

Placillæ, Theodoſij, Romanorum imperatoris uxoris, pietas rara, non eſt nobis ſilentio prætereunda: quæ cum videret maritum à pietatis veræq; religionis ſtudio alienum magis eſſe, quàm imperatorem deceret, ſubinde ad eum dixiſſe fertur: Conſiderare te oportet, ſuaviſsimè conjunx, quis anteà fueris & in quem locum te evexerit univerſitatis hujus Deus. Si enim perpetuam ejus rei

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

obtinueris memoriam, non prorſus te ob accepta beneficia erga eum ingratum præſtabis: ſed ex præſcripto legum Dei, quod ab eo accepiſti, gubernabis imperiũ, & ita eum, qui tibi illud ut fideli miniſtro, commiſit, ritè coles. Quis igitur non videt conſilijs ac monitis mulierum aliquando parendum? Neq; tamen conjugum imperijs obnoxios viros convenit.

Porrò qui judicijs exercendis præſunt, aut aliâs imperium obtinent, vocis & conſilij hujus memoriam; nihil, inquit, tibi ſit cum juſto iſto: nunquam deponere debent: ſed ſemper in auribus ſonabit eorum; ne vel turpis lucri cupiditate incenſi, vel odio inflammati, aut ullâ alia re commoti, quicquam, quod juſticiæ repugnet, tentent & aggrediantur.

De tertia parte.

Pilatus tandem, ut vel hac ratione Judæorum animos, nimium in Jeſum exacerbatos, mitigaret, & à

mor-

mortis ſaltem pœnâ Jeſum eriperet, eum flagellis affici curavit: ſed cum Pilatum non fugeret Jeſum invidiâ accuſatum, in legem juſticiæ hîc graviter impingit. Non enim oportet ita magnatum aucupari gratiã, ut juſticiæ limites excedere videamur. Milites quoq; Chriſto flagellato plurimas injurias contumeliaſque in gratiam pontificum imponunt: ſed ſi dominum gloriæ cognoviſſent, contumelias tam infandas in eum non edidiſſent, 1. Cor. 2. v. 8. Quis non hanc mundi cæcitatem horribilem miretur? Quæ verè ſunt regia, magnifica & potentia ac illuſtria, qualia cœleſtia, ſpiritualia & æterna, à mundo ludibrio exponuntur, & pedibus quaſi conculcantur: Quæ verò ipſiſsima ſunt vanitas & fortunæ ludibria extolluntur, omniq; admiratione digna cenſentur. Nos vero hac mundi falſâ perſuaſione noſtros offendi animos non patiamur: quin potius

cum Chriſto nos omni calumniarum genere vexari exoptemus, quã bonorum cœleſtium jacturam facere ullam velimus. Heb. 11. verſu 24. 25. 26.

Nunc ipſam Chriſti illuſionem conſiderabimus: & in quibus ſalutaris illuſionis hujus meditatio ſita ſit, videbimus.

De primo. 1. Flagellis affectus eſt Chriſtus non modo ab uno carnifice: Sed à multis iniquiſsimè eſt tractatus. Hoc autem contumeliæ genus ſubire voluit ſponſor noſter, cùm ut patientiæ exemplum nobis relinqueret; tum ut dolorum ac morborum flagella, quibus carnem noſtram laſcivientem domare & caſtigare Deus conſuevit, in ſuo corpore ſanctificaret.

2. Corona, ex ſpinis contexta, capiti ipſius impoſita eſt. Carnifices quidem eum per contemptum & contumeliam coronant: Sed pater cœleſtis eorum manibus ad eum coronandum utitur. Pſal. 2.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

verſu 6. Nam in perpeſsionibus triumphus ejus.

3. Purpurâ ornatus eſt. Purpura autem laborum, certaminum ac victoriæ ſignum eſſe ſolet. Hinc ſanguineo prædita eſt colore. Purpura vero ornari voluit propter graviſsimas cauſas, videlicet 1. ut certamen hoc mortis pro nobis à ſe ſuſceptum ſignificaret. 2. Quid nobis in hujus mundi theatro expectandum indicaret. 3. ſimulque de letâ victoriâ obtinendâ certiores nos redderet.

4. Colaphos ei impingũt: ne perpetuis nos plagis diaboli afficeremur.

5. Arundinem ei tradunt, volentes ſignificare Chriſti imperium ac regnum nullo munitum præſidio eſſe: Sed Deus ipſe hunc ſuum filium ferreo armat ſceptro. Pſalm. 2. verſu 9.

6. Regem illum ſalutant. Ut ignominiâ Chriſtum afficiant, hunc ei deferunt titulum: Sed re ipſa rex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

erat, non mundanus, ſed æternus. Nunc, in quibus ſalutaris & pia illuſionis hujus meditatio conſiſtat, expendamus. 1. Primò hæc illuſio admonebit nos juſticiæ & iræ divinæ adverſus peccata noſtra. Nam, ut refert Auguſtinus, in ſpinis eum noſtra peccata pungebant: imò iniquitates noſtræ hæc omnia, quæ perpeſſus eſt, in ipſum effuderunt.

2. Deinde in hac Chriſti illuſione, quis ſit regni Chriſti ſtatus in hoc mundo tanquam in ſpeculo contemplari licet. Non enim eſt Chriſti regnum gloriâ externâ & delitijs plenum, non potentiâ, humanisve præſidijs ſuffultum: ſed ſpinis refertum, & laboribus ac certaminibus & periculis plenum. Non igitur violas & roſas, hoc eſt omnia fœlicitatis genera expectemus; ſed de voluntate Chriſti cogitemus, de qua Matth. 16. v. 24. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me. Quemadmodum

dum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

dum enim Chriſtus per meras cruces gloriam patris occupavit: Ita ejus fert voluntas, ut per varias calamitates ad cœleſtem gloriam aſcendamus. Act. 14. v. 22. Quicunq; proinde, ſub Chriſti militans vexillo, delitias, luxum & mundi gaudium expectat, ſe ipſum fallit. Nam hac viâ ad cœleſte gaudium non pervenire cuiquam contigit.

3. Tertiò hæc eadem Chriſti illuſio mentes noſtras adverſus conſcientię vulnera omneſq; hujus ærumnoſæ vitæ moleſtias efficaciſsimè confirmat. Chriſtus enim pro nobis flagellis affectus, ut ejus vulneribus ſanitati reſtitueremur: imò vibices ejus ſunt inſtar emplaſtri, quo vulnera conſcientiæ, aſtu Satanæ inflicta, ſanantur. Eſa. 53. v. 5. Sic purpurâ ornari voluit, ut innocentiæ veſtes, quas Adam conſpurcavit, reſtitueret: Spineâ coronâ inſigniri non recuſavit, ut æternæ vitæ coronam credentibus in ſeſe pa-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

raret, eoſq; perfectè beatos tandem redderet. Dicamus itaq; cum Bernhardo, Reſpice Domine in faciem Chriſti tui, qui tibi uſque ad mortem obediens factus eſt, nec recedant ab oculis tuis cicatrices ejus in perpetuum, ut memineris quantam ab eo pro peccatis noſtris ſatisfactionem acceperis. Huic igitur laus & honor in ſecula ſeculorumm,
Amen.

CONCIO DECIMA.

Textus.

Exivit iterum Pilatus & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, &c. Ieſum autem flagellatum & illuſum tradidit illorum arbitrio, ut cruci figeretur.

DUas priores partes iſtius actus, qui res coram Pilati prætorio geſtas, complectitur, perſecuti ſumus: Nunc tertiam, quæ de Chriſti con-

ſti condemnatione & Barabbæ dimiſsione agit; attingemus.

Pilati enim conſtantia omnis, in juſticiæ partibus tutandis, hoc quaſi ariete oppugnatur & dejicitur, quod non ſit Cæſaris amicus, ſi Chriſtum abſolvat.

Partes concionis hujus principales eſſe poſſunt
tres.

I. De Pilati cum Judæis colloquio: & Judæorum obſtinatâ malitiâ.

II. De ejuſdem cum Chriſto colloquio.

III. De innocentiſsimi Jeſu condemnatione.

De primâ parte.

Exivit iterum Pilatus) Duo ſunt hic expendenda. 1. Pilati ſtudium & animus, ad liberandum Chriſtum, propenſus commendatur. 2. Hoſtium Chriſti pertinacia depingitur.

De primo. Ut Pilatus animos Judæo-

dæorum in malitiâ obfirmatos & induratos ad commiſerationem flectere poſsit, Chriſti miſerabilem faciem eis oſtendit: Ecce, inquit homo ſcilicet commiſeratione dignus; ijs autem adhuc clamantibus crucifige, crucifige dicit Pilatus; accipite vos eum & crucifigite: Ego non invenio in eo cauſam.

Quia autem ſuprà de Chriſti innocentiâ, & Pilati juſticiâ civili, à nobis dictum eſt: Nunc pauca, de miſerabili Chriſti vultu, dicere decrevi. Geſta enim ſunt hæc omnia fine longè diverſo ab eo, quem aut Pilatus, aut Judæi animis conceperunt ſuis.

1. Primo docet hæc miſeranda Chriſti facies, vaticinia Prophetarum monumentis celebrata, impleta eſſe. Pſal. 22. v. 7. Ecce vermis ſum & non homo: hominum opprobrium & contemptus populi. Eſa. 53. v. 3. Non eſt ſpecies ejus, neq; decor, & vidimus eum & non erat aſpectus. Eſa. 63. v. 1. 2. Quis

eſt

eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtibus &c.

2. Deinde nos juſti Dei judicij adverſus peccata noſtra hæc eadem Chriſti facies admonet;ut cum alia peccata omnia, tum maximè ſuperbiam fugere & deteſtari incipiamus. Philip. 2. v. 5. 6. 7. 8. Pudeat igitur hominem ſuæ ſuperbiæ, propter quem Dei filius infra omnes homines fuit exinanitus.

3. Terꝛiò, nos non modò contra contumelias & injurias, quibus expoſiti ſumus, conſolatur: ſed & de Dei Patris erga nos dilectione, & amore filij ejus unigeniti nos confirmat. Chriſtus enim pro nobis fieri voluit opprobrium, ut nos ab æternâ confuſione ereptos, coronæ gloriæ æternæ participes redderet. De hac Chriſti abjectiſsimâ in oculis hominum formâ, ejuſq; ad nos emanante utilitate ita Anshelmus: Ecce quomodo Rex & dux tuus confuſione repletur & humiliter ſuſtinet,

ſtinet, ut te ab æternâ confuſione eripiat.

De ſecundo. Tanta eſt hoſtium Chriſti immanitas, ut non modo non ullo miſericordiæ ſenſu tangantur: Sed majores concitent, de eo tollendo, clamores: novumq; crimen, quod ſcilicet ſe filium Dei fecerit, affingant. Animum adverte hic, quæſo, & quo in loco ſit veritas apud homines præfractæ mentis, intelliges. Profeſſus eſt ſe Chriſtus eſſe filium Dei, ideo morte dignus cenſetur: Vera dixit, & veritas negatur & damnatur. Eſſe enim eum filium Dei unigenitum vox è cœlo prolata, Matth. 3. verſu 17. teſtatum ſatis facit.

Quod autem ad legem eorum, cujus auctoritatem prætendunt, ſpectat, videntur reſpicere ad legem, Deut. 13. v. 13. 14. de blaſphemis lapidibus obruendis. At ſi mandatum divinum, in lege præſcriptum, ipſis cordi eſt, ejusq; violatio

tio

tio adeò ipſis moleſta, cur non ex legis præſcripto de Chriſto ſtatui volunt? Legem igitur Dei ſuæ iniquitatis & extremæ impietatis velamen faciunt, quam tamen non ſuâ definire libidine, ſed ex Dei voluntate, deberent. Quanto autem in pretio leges meritò habendę eſſent; ex Antiochi III. Aſiæ Regis, facto, perpetuâ memoriâ digniſsimo, planum fiet; qui omnibus regni ſui nobilibus ſcripſiſſe fertur: Si quid in literis, quæ ejus nomine ſcriberentur, legibus repugnaret, crederent ſe ignaro ſcriptas fuiſſe, & ideo non parerent. Archidamus, Zeuxidami filius, rogatus, quinam eſſent Spartanæ civitatis præfecti? Leges, ait, & legitimi magiſtratus. Rectè quidem ille judicavit. Nam ubi non ex legum præſcripto judicia exercentur: Sed ex hominum arbitrio, ibi ſummam vigere injuſticiā, neceſſe eſt. Solō proinde percō tanti cuidā, quomodo optimè civi-

tates

tates habitarentur, reſpondit: Si cives principibus, principes legibus obediant.

De Secundâ parte.

Pilatus, audita illa criminatione in Chriſtum, quòd honores filij Dei ſibi vendicaſſet, deintegrò, undenam Chriſtus ſit, quæſtionem movet. Metuebat enim ne, ſi ex Dijs originem traheret, iram & odium eorum ſibi contraxiſſet, quod tam imprudenter eum virgis cædi permiſiſſet.

Duo hîc ſunt obſervanda, 1. alterum de metu Pilati præpoſtero. 2. alterum de ipſius colloquij, inter Chriſtum & Pilatum, partibus.

1. Quod ad Pilatum in magno metu poſitum, quòd exiſtimaret Chriſtum ex aliquo Deorum ortum duxiſſe, attinet; convincit nos quod gentiles pluris ſuos faciant Deos, quàm nos verum & unicum Deum. Id exemplo à majoribus noſtris, qui in papatu vixerunt, ſumpto declarari poteſt. Quantus n.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

muta adeundi & colendi idola ardor injectus fuerit ipſis; quàm ad beneficia in Eccleſias & ſcholas conferenda, alacres & promti fuerint, neminem noſtrûm eſſe qui non perſpectum habeat, credo: Quàm verò nos ad illam cœleſtem doctrinam, quam ipſe filius Dei ex patris ſinu nobis attulit, deguſtandam & imbibendam ſocordes& negligentes ſimus; quamq; non modò non ad amplificanda & augenda bona Eccleſiaſtica, ſed ad detrahenda, atq; in alios uſus, quàm quibus deſtinata ſunt, convertenda, proni & alacres, non opus eſt hîc pluribus referre. Adeò enim omnis ſincera pietas è mentibus permultorum evanuit, ut, ſi quid pietatis eſt reliquum, illud potius in ore, quàm in cordis penetralibus ſedem obtinere, dolendum ſit.

II. Quod verò ad colloquij partes pertinet, in ijs expendenda offeruntur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

1. Quæſtio ipſa, undenam ſcilicet Jeſus eſſet.

2. Taciturnitas & ſilentium Jeſu, de qua ſuprà egimus.

3. Pilati de ſuâ poteſtate inſolens gloriatio.

4. Jeſu ad illam graviſsima reſponſio, quà Pilatum nimium ſe efferentem retundit, & ſimul de magiſtratu inſtruit.

Reliquis colloquij membris relictis duo enucleabimus. Primò de Pilati, ex ſuâ poteſtate, quam in Chriſtum habere ſe jactat, gloriatione inſolenti dicemus. Deinde de Jeſu graviſsimâ reſponſione verba faciemus.

De primo. Chriſto nihil reſpondenti ad interrogationem propoſitam Pilatus inquit: Mihi non loqueris? Neſcis quod poteſtatem habeam te crucifigendi & poteſtatem habeam te abſolvendi. Cur igitur auctoritate & potentia ſua ad eum, quem toties innocentem pronunciavit, abſolvendum & libe-

ran-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

randum non utitur? Cur renitente conſcientiâ, Chriſtum condemnat? O venenatam in judice peſtem. Qui potentiâ valent, & poteſtate præditi ſunt: Cur ea ad plectendos ſceleratos: & miſeros ac oppreſſos eripiendos non utuntur? Væ qui malum dicitis bonum & bonum malum. Eſa. 5. verſu 21. Legatur ab ijs, qui litibus dirimendis præſunt, aut aliâs magiſtratum gerunt, Pſal. 82. totus.

De ſecundo. Nunc inſolentiam Pilati Chriſtus graviſsimâ retundit reſponſione. Non habebas, inquit, in me ullam poteſtatem, niſi è ſupernis eſſet tibi data. Ex hoc Chriſti reſponſo duo eliciemus; alterum de magiſtratus poteſtate; alterum de ſubditorum obedientiâ.

De magiſtratu tres quæſtiones perpendamus.

1. Quid magiſtratus?
2. Unde.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

3. Quodnam ejus officium.

1. Quid eſt magiſtratus? Eſt ordinatio divina, ut præſcribat recta & utilia, puniat ſontes & recta agentes defendat, Rom. 13. v. 1. 3. 4. 1. Pet. 2. v. 13. 14.

2. Unde magiſtratus? Reſpondet Chriſtus: Non haberes ullam in me poteſtatem niſi è ſupernis eſſet data. Huc illud Pſal. 82. v. 6. Ego dixi, Dij eſtis. Quis Moſen, Joſuam, Gedeonem, Samuelem, Davidem &c. magiſtratui obeundo præfecit? Certè Deus ipſe vocavit, ordinavit, virtutibuſq; heroicis inſtruxit.

Quicunq; igitur ad ullos evecti ſunt honores, ſive illud factum ſit electione, ſive ſucceſsione, aut aliâ quacunq; ratione legitimâ; non ſuis meritis, non ſuæ induſtriæ, non fortunæ quicqnam aſcribendum ducant: ſed ſoli Deo, per quem Reges regnant, Prov. 8. v. 15. omnem poteſtatem, quam habent, acceptam ferre debent. Hinc laudatiſſima

ſima illa Regum & principum Chriſtianorum conſuetudo, ſeſe Reges prædicandi & principes per Dei gratiam, modò ſemper illius in regnorum adminiſtratione memoriam conſervarent.

Plura hic ſunt magiſtratibus obſervanda.

Primò quia regna omniſq; generis dignitates à Deo datæ ſunt, magiſtratus ad ejus nutum & voluntatem ijs uti debent, niſi cum Saule & Ahabo Deo pœnas juſtiſsimas dare velint.

Deinde admonentur, ne inferiores deſpiciant, ſed ſe homines eſſe meminerint ſicut & reliquos. Pſ. 82. v. 7. Rectè Tacitus dixit: Cuncta mortalium incerta, quantoque plus adeptus ſis, tantò te magis in lubrico cenſebis. De Philippo, rege Macedonum, memoriæ mandatum accepimus, quod is puerum aluerit, qui ſingulis diebus ei ter occineret, ut hominem ſe eſſe recor-

daretur, ne proſpero faventis fortunæ afflatu elatus, altius quàm par eſſet, ſe extolleret. Pauſanias in convivio ſedens Simonidem præſentem provocavit, ut ſapiens dictum in medium afferret. Hic ſentiens inſolentiam Pauſaniæ nil aliud profert, quàm hoc: Memento te hominem eſſe. Nihil enim magis eos, qui ad ſummum dignitatis faſtigium evecti ſunt, ad humilitatem revocare ſolet, quàm mortalitatis incertæque fortunæ recordatio. Huc illud Philonis: Si dignitatibus & magiſtratibus multum inflammantibus præditus es, tanquàm optimus gubernator vela expanſa contrahito, ne imprudens præcipiteris. Quo enim tibi maximè places, ut inquit Euripides, id ipſum te peſſundabit: nempè opinio, qua tibi aliquis eſſe videris: Perdidit enim etiam alios infinitos.

Tertio. Suaviſsimam hinc haurient conſolationem, qui cum verâ hu-

râ humilitate munus adminiſtrant ſuum. Qui enim è ſupernis poteſtatem magiſtratibus dedit, is quoque ijs affuturus in judicio eſt, eoſque ſapientiâ reliquiſque virtutibus ornaturus. 2. Par. 19. verſu 6. Cum igitur ſciant magiſtratus ſibi Deum eſſe defenſorem cum ſanctâ & verè generosâ magnanimitate officio quoq; fungi debent.

Annon, inquis, impiorum & tyrannorum quoque à Deo eſt imperium? Audi Chriſtum reſpondentem Pilato: Non haberes, inquit, ullam in me poteſtatem, niſi è ſupernis data eſſet. Novit enim Deus Opt. Max. etiam impiorum operâ in ſui nominis uti gloriam. Unde Jeremiæ 27. v. 6. 7. Et nunc omnes iſtas terras meo Nabuchodnoſori, Babiloniæ Regi, in poteſtatē dedi: Quia etiam terreſtres beſtias in ſervitutē ei addixi, eiq; & ejus nato & nepoti ſervient gentes

omnes, donec ejus terræ quoque tempus veniat. Et Eſa. cap. 10. v. 5. Væ Aſſur, qui eſt virga furoris mei & cujus manus eſt baculus iræ meæ. Contra gentem hypocriticam mittam eum &c. Ut præſes per lictorem in noxium aliquem agit: ita Deus aliquando per tyrannos judicium & juſticiam exercet, qui tamen manet juſtus, quocunq; inſtrumento ſua exequatur judicia. Cyprianus inquit: Poteſtas datur adverſus nos, vel ad pœnam cum delinquimus, vel ad gloriam cum probamur.

Memoriâ quoque perpetuâ dignum eſt illud Auguſtini: Injuſtum, inquit, non eſt, ut improbis accipientibus poteſtatem nocendi, & proborum patientia probetur & malorum iniquitas puniatur. Unde etiam Cedrenus memoriæ mandavit quendam ex religioſis, PHOCA imperante, Deum ad diſceptationem provocare auſum, ac queſtum eſſe cur tam impium Chri-

ſtia-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ſtianis impoſuiſſet imperatorem: audiviſſe eum vocem, quum quidem neminem videret, ſibi dicentem: deteriorem alium inveniri potuiſſe nullum; at hoc meruiſſe Conſtantinopolitanorum vitia.

Conſolationis autem pleniſsimum eſt tyrannos non pro ſuâ libidine in nos ſæviendi poteſtate prȩditos eſſe: ſed quando & quatenus Deus, qui omnia ſuo regit nutu, ipſis concedit: Recte Auguſtinus: Etiam tyrannis dominandi poteſtas, inquit, non datur, niſi ſummi Dei providentia, quando res humanas judicat talibus dominis dignas. Ut enim lictori modus, quo cum ſonte agendum, à magiſtratu præſcribitur: Sic tyrannis metam, quam excedere non licet, ſummus ille Rex poſuit & conſtituit. Potentiâ autem ad tyrannidem exercendam abutentes, ſciant ſummum ſublimitatis ſuæ gradum laqueo proximum eſſe, flagraq; eſſe ſe, ubi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ira Dei deferbuit, pœnave noſtræ exhauſta eſt, flammit æternis comburenda. Vide Exod. 14. v. 28. de Pharaone aquis obruto. Act. 12. v. 23. de Herode à vermibus eroſo. Quidã Maximino imperatori pœnam tyrannidis in hanc ſententiam denunciavit: Elephas grãdis eſt, & occiditur: Leo fortis eſt, & occiditur: Tygris fortis eſt, & occiditur: Cave multos, ſi ſingulos non times. Curtius inquit; Nihil tam firmũ eſt, cui periculum non ſit ab invalido.

3. Quodnam magiſtratus officium? De magiſtratus officio agitur Rom. 13. v. 3. 4. Et 1. Pet. 2. v. 14. Rectè Chryſo. Non in precioſa inquit, veſte & Zona, nec in præconis voce, cernitur princeps: Sed in eo quod collapſa reficiat, quæ malè conſtituta ſunt corrigat, ac in injurioſos animadvertat, nec patiatur à potentioribus jus auferri.

Cauſæ autem impellentes magiſtratum, ad officium diligenter obeundum hæ principales ſunt 1.

Man-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Mandatum Dei. 2. Officij dignitas. Sunt enim Dei vicarij Pſalm. 82. verſu 6. 3. Piorum exempla. 4. Pœna intermiſsionis officij. 1. Reg. 13. verſu 22. Quoniam tu Jehovæ mandatum repudiaſti, ipſe te viciſsim regno privabit. &c. 5. Præmium præſtiti officij, Num. 25. verſu 10. 11. de Zelo Phinees.

Hucuſq; de magiſtratu: Nunc de ſubditorum obedientiâ paucis agamus. Chriſtus enim agnoſcens Pilatum qualemcunque in ſe habere poteſtatem, docet ſubditorum eſſe officium, magiſtratui, etiam infideli & tyrannicè ſeſe gerenti, obedire dictoque audientem ſeſe præbere. Rom. 13. ver. 1. 2. &c. 1. Pet. 2. v. 13. &c. Notandum hìc venit illud Chryſo. Principibus eſt obtemperandum, modò præcipiant honeſta, aut certè ea quæ licet iniqua ſunt, non tamen reddunt nos impios, ſed afflictos.

Hucuſq; de Chr. reſponſo: Nunc quo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

quomodo Pilatus deinceps erga Chriſtum fuerit affectus, conſideremus. Exinde, inquit, quærebat Pilatus dimittere illum. Admonitus à Chriſto non exacerbari, aut ad vindictę cupiditatem provocari animum patitur: ſed rationem inire ſecum incipit, quomodo innocentiſsimum JEſum in libertatem vindicare poſsit.

Nos itidem officij admoniti, non incendi irâ animos noſtros ſinamus: ſed vitæ malè anteactæ rationes emendare incipiamus, optimum ducentes reprehenſionibus & exhortationibus non ad ultionem, ſed ad reſipiſcentiam uti.

De tertiâ parte.

Judæi videntes Juſticiæ ſcintillam in Pilato adhuc relucere: conſtantiam ejus argumento Achillæo proſternere & perfringere, neq́ue certè vano niſu, contendunt. Si hunc, inquiunt, dimiſeris non es amicus Cæſaris q. d. Aut condemnabis Jeſum: aut in odium Cæſaris

incur-

incurris: delige igitur nunc utrum horum ex uſu fore tuo magis perſpexeris. Hoc itaq; argumento permotus Pilatus, nullâ amplius habitâ deliberatione, tribunal conſcendit, editoq; rurſum teſtimonio de Regis hujus innocentiâ, eum morte crucis afficiendum, & Barabbam dimittendum, judicavit. In hac Jeſu condemnatione plura ſunt expendenda. 1. Cauſa tam iniqui judicij. 2. Factum Pilati. 3. Judicium de Chriſti perſonâ & officio. 4. Judæorum cæcitas & pervicacia. 5. Ipſa condemnatio. De hiſce quinq; nunc ordine agemus.

1. Cauſa impellens Pilatum ad tam iniquam ſententiam ferendam de Chriſto, quem toties innocentem pronunciaverat, fuit Cæſaris gratia, quam pluris faciebat, quàm ipſam veritatem, qui eſt Jeſus Chriſtus. O rem admiratione dignam, quod majore ad minas Cæſaris, quàm ad Dei filij nomen metu affici-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ciatur. Verum hoc uſu venire ſolet hominibus, ut magis homines, quos intuentur, quam Deum, quem non vident, metuant & reformident. Verè enim locus nunc huic datur verſiculo: Dat veniam corvis, vexat cenſura columbas. Anacharſis rectè leges aranearum telis comparavit, in quibus infirmiora animalia hærerent: Valentiora perrumperent. Pauperes enim & abjecti legibus conſtringuntur; ab ijs autem, qui auctoritate & potentiâ valent leges impune violantur: Cum tamen non potentia, non auctoritas, non amicitia quenquam eximere deberet. Papinianus juriſconſultus meritò laudibus extollendus, ob ſummam ſuam æquitatem: Cum enim Baſsianus Caracalla, interfecto fratre Geta, illi negotium daret, ut ipſum & ſenatui & populo excuſatum haberet: mortem obire maluit, quàm ſe tam fœdi facinoris defenſorem in gratiam Baſsiani præbere, hoc addito reſponſo:

Non

Non tam facilè parricidium excuſari, quàm fieri. Perpetuam memoriam præcepti iſtius, quod extat Levit. 19. v. 15. Judices conſervare debent: Nihil contra jus in judicio facito, pauperis perſonæ rationem ne habeto, nec mirator perſonam potentis: ex jure cauſam proximi judicato. Væ enim ijs qui ſontes abſolvunt ob munera & inſontibus jus ſuum eripiunt.

Eſa. 5. ver. 23. Cambyſis, aliâs tyrannide & omni ſcelerum genere cumulatiſsimi, egregium facinus hìc commemorare placet ex Herodoti lib. 5. Cum enim Siſamnis, è regijs judicibus unus, injuſtum ob pecuniam feciſſet judicium Cambyſes rem indignè ferens, judicem illum iniquum interimi; interemptoque detractum corium in lora concidi curavit, quibus tribunal, in quo ille ſedens judicia exercuerat intendit; ibidemque filium ejus Otanem ſedere judicem præ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

præcepit, atq; in memoriâ habere in quo tribunali Judicaret. Hujuſmodi ſeveritatem in injuſtis judicibus coërcendis & plectendis Reges & principes adhibere debent, ne videlicet vel pecuniâ, vel ulla alia re corrupti, juſticiæ limites excedant. Beati enim qui faciunt judicium & juſticiam in omni tempore. Pſal. 106. v. 3. Atqui hoc de causâ impellente.

11. Nunc de Pilati facto & conſenſu agamus. Pilatus enim magis homuncionem quàm ipſum Deum metuens, ſtatim, nullâ re amplius ad deliberationem & conſultationem, de Chriſto innocentiſſimo abſolvendo, adhibita, tribunal occupat, ad Judæorum arbitrium Chriſtum condemnaturus. Sed nimiam in judicando audaciam præ ſe fert Pilatus. Non enim res levicula eſt, in cauſis capitalibus judicium facere. Unde de Biante memoriæ proditum eſt, quod is damnaturus quempiam ad mortẽ, lachry-

mas

mas effundere conſueverit: interrogatus verò cur id faceret, cum in ipſius ſitum eſſet poteſtate, reum vel abſolvere, vel condemnare? reſpondit: Neceſſarium quidem eſt naturæ condolere, legi autem ſuffragium dare. De Nerone quoque accepimus, quod is, imperij ſui primo quinquennio, tantâ fuerit clementiâ, ut cum de ſupplicio cujusdam, capitis damnati, ageretur, & ſubſcribere libello ſupplicij admoneretur, chartam invitus accipiens exclamavit: quàm vellem neſcire literas. Horum exemplum nimiam quorundam audaciam in ſententijs capitalibus ferendis & pronunciandis coercere debet. Quoniam ſi in capitis diſcrimine erraverint, non eſt poſteà corrigendi conſilij poteſtas.

III. Tertio nunc loco Pilati Judicium, de Chriſti perſonâ & innocentia videamus. Ecce, inquit, rex veſter. Vera dixit Pilatus. Hic n.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

erat ille promiſſus Meſsias & Rex Judæorum, quem Prophetæ venturum ſuis deſignarunt vaticinijs. Atqui ita Deus etiam inimicorum ſuorum dicta, facta & conſilia ad ſui nominis gloriam dirigere novit. Ut enim in exercitu varij militum affectus ſunt, &, hunc præda incitat, hunc gloria, illum odium, omnes tamen pro victoriâ & principe pugnant: Sic omnes voluntates bonæ & malæ Deo militare coguntur: cujus decretum nullis conſilijs, nullâ vi, aut fraude illudi poteſt.

IV. Quartò Judæorum præfracta cæcitas malitiaq; affectata & votũ ſpectandum & expendendum venit. Quod ad illorum ſpectat cæcitatem & malitiam, eam immedicabilem fuiſſe, vel inde conjecturã capere licet: quod quo plura innocentiæ accipiat teſtimonia Jeſus, eò magis illorum animi in ipſum exacerbentur & efferentur. Ut enim lutum ad ſolis ſplendorem & calo-

rem

rem magis magiſq; indureſcit: Sic & corda præfractorum. Profectò niſi nobis nimium adulari velimus, fateri cogimur hujus populi contumaciam non majorem fuiſſe, quàm noſtram. Quo enim magis Evangelij ſplendor elucet, eò magis, non ſecus ac noctua ad ſolis lumen, cæcutimus & tenebrarum operibus indulgemus. Quid enim niſi hypocritæ maximâ ex parte ſumus, Jeſum ore quidem jactantes & approbantes, ſed re ipsâ impietati contra agnitam veritatem ſervientes? Admiratione verò hîc carere non poteſt, quod indurati Judæi Cæſaris malint parêre imperio, quàm ſervi eſſe JEſu Chriſti. Regem, inquiunt, non habemus, niſi Cæſarem. Jugum Chriſti tolerabile, Matth. 11. v. 30. excuſſerunt, ejuſq; gubernatione ſe abdicarunt; cujus abnegationis pœnam hodie quoq; illorum poſteritas luit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Quare illorum edocti malo, noſipſos Jeſu gubernatione ſubtrahere non debemus: quin potius ejus imperio nos totos ſubjiciamus, eiq; cum timore ſerviamus, ne ira accenſus ad internecionem nos redigat. Pſal. 2. v. 10. 11. 12. Nam ſi Deus naturalibus ramis non pepercit, vide ne tibi quoq; non parcat. Rom. 11. v. 21.

Quod porrò ad votum illorum attinet, videlicet ut ſanguis innocens in eorum & poſterorum redundet caput; liquidò cõſtat Chriſti innocentiam ipſis ſatis cognitam fuiſſe: eoſq; perſpectum habuiſſe iram Dei & in ſe ipſos & in poſteros tandem exarſuram. Voti profectò compotes eos eſſe factos non modò urbis devaſtatio & excidium luctuoſiſsimũ teſtatur. Sed & adhuc Sanguis innocens toto terrarum orbe miſeram urget & premit gentem. Caveamus proinde, ne innocentem fundamus ſanguinem. Ad vindictam enim expetendam

dam Deum provocat. Gen. 4. v. 10. Præterea hoc illorum voto docemur, maximum & ferè immedicabile peccatum committi linguæ levitate & petulantiâ, à violentis & immoderatis perturbationibus, quibus nimium facilè cedimus, proficiſcente. Qui enim vel ſeipſos, vel liberos diris perſequi ſolent, ac diabolo devovere non abhorrent, juſto tandem Dei judicio ſuæ temeritatis pœnas luent. Syrach. 23. v. 9. 10. 11. Utinam hæc cogitatio ſæpius mentes occuparet noſtras, tum profectò iſta devovendi & exſecrandi cùm nosipſos, tum alios conſuetudo extirparetur. Excuſemus nos licet, quod per levitatem, aut iracundiam dejerationes iſtas effutiamus: Sed Deus excuſationi noſtræ locum non eſt relicturus. Rogemus proinde Deum, ut cogitationes & linguam regere dignetur, ne propter linguæ immoderatum uſum æternâ tandem plectamur

mur pœnâ. Maximè verò rogemus, ne Chriſti ſanguis in condemnationem; ſed in juſtificationem noſtri cedat, ut eo ab omnibus iniquitatibus abluti & purgati, puri & immaculati in conſpectu Dei ſiſtamur. 1. Joh. 1. v. 7. Eph. 5. v. 25. 26. 27.

V. Nunc poſtremò ipſam JEſu condemnationem videamus: ubi plura conſideranda occurrunt.

1. Locus notatur, Gabbatha videlicet, quod collem, ſeu locum editum ſignificat. Pilato adhuc circa prætorium negotium agente & adminiſtrante, ad Chriſtum abſolvendum animus ejus inclinavit: Ad idem jam de tribunali pronunciaturus, populo & non Chriſto aut juſticiæ ſatisfaciendum ducit. Alta itaq; & excelſa plerumq; Chriſto ejuſq; negotio ſunt adverſa. Non tamen quod tribunalia per ſeſe Chriſto ſint contraria: Sed quod magiſtratui ſuperiori & hominum favori plus æquo ibi indulgeatur &

con-

concedatur. Foras autem educitur JEſus ſub dio dijudicandus, quaſi in conſpectu ipſius Dei: quem morem, ſub aperto cœlo dirimendi lites, ab alijs quoque ſervatum eſſe accepimus; ut judicia exercentes ſeſe in conſpectu juſtiſsimi Dei judicare, admonerentur, coram cujus tribunali & ipſi aliquando rationem exactiſsimam eſſent reddituri.

2. Temporis circumſtantia, deinde ad hiſtoriæ certitudinem deſignatur: Primò quidem dies, deinde hora exprimitur. Erat, inquit, paraſceve, ideſt, dies quo omnia ad feſti Paſchalis celebrationem adornabantur. Hora autem fermè ſexta erat, ideſt, 12. ſecundum noſtrarum dierum computationem. Initium enim horarum Judæi à ſolis ortu faciunt: ut nobis hora ſexta matutina, ſit illis prima &c.

3. Tertiò quem ritum in condemnatione Jeſu Pilatus adhibuerit, indicatur. Videns enim, inquit Matthæus, Pilatus ſe nil proficere, ſed majorem fieri tumultum, ſumptâ aquâ manus coram plebe lavit, dicens: Ego inſons hujus innocentis ſanguinis ſum, vos videritis. Pilatus ut ſe procul à ſceleris hujus culpâ remotum, & Jeſum extra omnem noxam poſitum apud omnes teſtatum relinquat, ſolenni ablutionis manuum ritu utitur, & ad populum de ſuâ & Chriſti innocentiâ provocat. Divinâ autem gubernatione hæc geſta & acta ſunt, ut ita omnibus de innocentiâ Jeſu liquidò conſtaret, qui non pro ſuis, ſed pro noſtris delictis expiandis morti adjudicatus eſt. Culpam autem tantæ iniquitatis in Phariſæos & plebem rejicit. Vos, inquit, videritis, q. d. veſtrûm erit, qui me & falſis teſtibus & clamoribus inimicis & Cæſaris auctoritate ad ſententiam de hoc innocentiſsimo homine ferendam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

dam compellitis, animo revolvere, quid Deo vindici reſpondere velitis, & qua ratione pœnas tam nefandi ſceleris effugere poſsitis. Pulcrè ſecum actum Pilatus exiſtimat, ſi & manuum ablutione & ad populum appellatione & provocatione ſe excuſet, ac culpam in Chriſti adverſarios transferat: Sed miſer manus innocentiâ lavandas, ut inquit Pſal. 26. v. 6. non perpendit. De hac re ita Ambroſius: Manus lavit, ſed facta non diluit, ſanguine Chriſti tenetur mens ejus infecta.

4. Tandem Pilatus Chriſtum, quem toties ipſe innocentiæ ornarat teſtimonio, in crucem agendum, Barabbam vero, latronem & ſeditioſum, dimittendũ vinculiſq; relaxandum pronunciavit; atq; ita Chriſtum illis crucifigendum tradidit. De hoc Pilati iniquiſsimo facto Ambroſius ait: Ipſe occidit eum, quia tradidit occidendum. Cujus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

dicti ut memoriam conſervent perpetuam judicijs qui præſunt, permagni refert. Profectò ſi Pilatus æqui judicis officio functus fuiſſet, non ad illorum arbitrium Chriſtum damnaſſet, ſed ad veritatem, cujus ipſe optimè conſcius erat, rationem revocaſſet, ejuſq; aſſertorem ſe accommodaſſet. Minimè enim probandam illorum ſententiam ſtatuimus, qui non ſecundum veritatem, ſed ſecundum ea, quæ ex actis & probationibus Judex cōtraria comperta habet ipſi decernendum exiſtimant. Cum enim judicia non ad hoc inſtituta, ut veritas infirmetur, aut mendacio contaminetur, ſed ut quid in quaque re verum ſincerumq; ſit perſpiciatur, judicio qui præfectus eſt, non patietur veritatem ullis teſtimoniorum falſorum præſtigijs labefactari. At ſi judici veritas non fuerit ſatis perſpecta & explorata, tum actis & probatis niti debet, ita tamen ut ea ad conſcientiam exigat. Nam qui extra

cor-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

conſcientiam judicat, ſeipſum condemnat.

Inſignem porrò allegoriam in Chriſti condemnatione & Barabbæ dimiſsione latentem, ſilentio prætermittere mihi non eſt viſum. Ut latro à mortis periculo liberaretur & viveret, morti Chriſtum addici oportuit: Vivit igitur is beneficio Chriſti. Ideam omnium filiorum Adæ latro hic repræſentat. Eramus enim omnes filij iræ, morti quoq; juſto Dei judicio deſtinati æternæ: nec profectò ullâ unquam ſperanda fuiſſet liberatio, niſi innocentiſsimus Jeſus pro nobis redimendis morti addictus fuiſſet. Condemnatus eſt igitur Jeſus, omnis culpæ expers, ut nocentes ab æternâ eriperet & liberaret condemnatione. Nulla enim nunc eſt condemnatio ijs qui ſunt in Chriſto Jeſu Rom. 8. v. 1. Huic laus, honor & gloria in ſecula ſeculorum Amen.

CON-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

CONCIO UN-DECIMA.

Textus.

Accipientes autem milites IESVM, exuerunt illum purpura &c. Et ſedentes ſervabant eum ibi. Et ſtabat populus expectans.

HUcuſque quid in horto actum, quidq; coram Caiphæ & Pilati judicio in cauſâ innocentiſsimi JEſu conſtitutum & confectum ſit, diximus: Nunc ut de cruce Chriſti agamus, ordo hiſtoriæ poſtulat & requirit. Diſtribuamus autem & hunc quartum de cruce actum in tres conciones: ut in primâ, quam nunc ſumus declaraturi, de Chriſti crucifixione agatur: in ſecundâ de ejus in arâ crucis morte dicatur: in tertiâ de ijs, quæ mortem Chriſti conſecuta ſunt, ſermo inſtituatur.

Partes hujus concionis erunt duæ.

1. De ijs, quæ, antequam ad ſupplicij

plicij

plicij locum perventum fuit, contigerunt.

II. De his quæ in loco ſupplicij geſta ſunt.

De primâ parte.

Accipientes autem milites) Milites Chriſtum regali illo ornatu exutum & proprijs indutum veſtibus ad locum ſupplicio deputatum ducturi, propriam ei crucem ferendam imponunt: Sed extra urbem quidam CYRENÆUS obviam ijs factus, ut Chriſto in cruce portanda opem ferat, impellitur: idq; non commiſeratione factum: (nunquam enim oculos ſuos ejus cruciatibus ſatis paſcere, aut animum exaturare potuerunt.) ſed magis, ut omni ſublatâ morâ, ad locum ſupplicio ejus deſtinatum, pervenirent. In via verò Chriſtus ad ſupplicij tendens locũ mulieres lachrymas effundentes, de pœnâ, niſi maturè reſipuerint, capiti illarum adeoq; poſterorum imminente admonet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

monet. Plura in hac parte expendenda occurrunt. 1. De Jeſu 2. De Simone Cyrenæo. 3. De mulieribus lamentantibus, & Chriſti ad eaſdem gravisſimâ admonitione.

1. De primo, videlicet de JESU ipſo. Hic rurſum tria conſideranda veniunt.

1. Cauſæ, cur Chriſtum ornatu iſto exutum proprijs indui veſtibus oportuerit, conſiderandæ. 2. De ejus extra urbem deductione dicendum. 3. De crucis onere, quo Chriſtus gravabatur, agendum.

1. Cauſæ, cur Chriſtum purpurâ ſpoliari proprijſq; veſtibus indui oportuerit, plures aſsignari poſſunt. Nam primò id fieri debuit, ut vaticinio ſatisfieret, de quo Pſal. 22. v. 17. Mea veſtimenta inter ſeſe partiti, ſuper veſte mea ſortem jecerunt. Deinde id fieri voluit divina providentia, ut omnibus de perſona Chriſti conſtaret, ne ſcilicet alium in ejus loco paſſum inimici ejus poſteà

ſteà

ſteà fingerent & comminiſcerentur. Tertiò, ut veſtes juſticiæ & ſanctitatis, quarum primus Adam jacturam fecit, alter hic Adam reſtitueret. Quicquid enim illius culpâ unquam amiſſum: Hoc per Chriſtum in integrum reſtitutum.

II. Abductio Chriſti extra urbem, doctrinam, admonitionem & conſolationem ſuaviſsimam in ſe complectitur.

Primò docet hæc deductio typum, de quo Levit. 4. verſu 12. & alibi, in Chriſto jam abſolutum eſſe. Heb. 13. verſu 11. 12. Animalium quorum ſanguis infertur pro peccato in ſacrarium per pontificem, horum corpora exuruntur extra caſtra. Quapropter & JESUS, ut ſanctificaret populum per proprium ſanguinem, paſſus eſt extra portam.

Deinde hæc eadẽ deductio nos rerum plurimarum admonet. Primò enim hanc fore ſortem filiorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Dei ſignificatur, ut exeant ad Chriſtum extra caſtra, id eſt, è mundo migrent, crucem ejus portantes, Heb. 13. v. 13. Deinde Chriſtiani omnes admonentur ut, abjectâ curâ hujus mundi, ſe ipſos abnegent, & æternæ patriæ, ubi noſtrum eſt politeuma, curam ſedulò & ex animo agant. Heb. 13. v. 14. Præclarum illud eſt perpetuâq; memoriâ dignißimum de Anaxagora Philoſopho verâ nobilitate clarißimo: qui amicis eum objurgantibns, quod ſtudijs liberalißimis deditus patriam relinqueret & ejus nullâ curâ tangi afficiq; videretur, reſpondiſſe fertur: Mihi verò illa patria curæ, oculos & digitum in æthera intendens.

Tertiò hæc Chriſti abductio nos efficacißimâ erigit & confirmat conſolatione, non modo contra exilium & ex urbibus ac regionibus ejectionem: Habemus enim Jeſum exilij comitem & ducem: Sed etiam contra iram divinam & æter-

nas

nas pœnas. Ideo enim D. N. J. C. extra urbem abduci voluit, ne nos aliquando è conſpectu Dei Patris ad æternas pœnas detruderemur: ideo traditus eſt lictori crucifigendus, ut nos à perpetuis cruciatibus liberaremur: ideo abductus is extra urbem quaſi κάθαρμα, hominum conſortio omnino indignum, ut nobis ad cœleſtem illam civitatem aditum daret. Quid? quod ideo extra urbem educi voluerit, ut ſe non pro unius urbis, ſed pro totius orbis peccatis in crucem ſublatum, oſtenderet.

III. Ut Chriſti eductio: Sic & crucis onus, quo Chriſtus premebatur, docet, admonet & conſolatur.

Primò enim docet crux Chriſti humeris impoſita typum, de quo Gen. 22. v. 6. impletum eſſe. De hac re eleganter GREGORIUS Magnus: Iſaac ligatur & non loquitur; aræ imponitur & non reluctatur:

ctatur: oblaturus interrogat de holocauſto & in holocauſtum offerendus tacet: Sic Chriſtus fit pro nobis victima, crucis lignum humeris ſuis excipit & bajulat; vincula ſibi injici patitur, & fit patri obediens uſq; ad mortem.

Deinde Chriſtus crucem bajulans ſuam, admonet culibet Chriſtiano ſuam crucem ferendam. Matt. 16. v. 24. Notanda autem venit vox, qua Chriſtus ſuam portare crucem dicitur, ideſt, quæ divinâ ipſi fuit conſtituta diſpenſatione. Non enim oportet ut nobis ipſis pericula extra vocationis limites conflemus & accerſamus. 1. Pet. 2. v. 20. 1. Pet. 4. v. 15.

Tertiò, uberrimam Chriſti crucis bajulatio conſolationem nobis affert: Primò quidem contra peccati onus Eſa. 53. v. 4. 1. Pet. 2. v. 24. Deinde contra variarum calamitatum & miſeriarum molem. JEſus enim non modò ſua cruce, ad occupandam gloriam cœleſtem,

præi-

præivit: ſed & omnes noſtras miſerias ſanctificavit, adeò ut calamitates jam non ſint irati Dei ſigna, ſed placati, cupientis nos filio ſuo conformes fieri. Heb. 12. v. 5. 6. 7. 8. &c. Atqui hoc ſit quàm breviſsimè de Jeſu ipſo dictum.

II. Nunc ſecundo loco de Simone Cyrenæo, quem ex agro venientem ad portandum Chriſti crucem cogunt. Nomen hujus viri non ſine gravi exprimitur cauſâ. Significat enim Simon auditorem, ſeu diſcipulum.

Quicunq; igitur vult agere auditorem Chriſti, crucem ejus gaudio mundi hujus & voluptatibus præferre debet. Luc. 14. v. 26. 27. Admiratione autem dignum eſt, quod Simoni ex improviſo, jam nil tale cogitanti, crux Chriſti ferenda imponatur. Quo ſignificatur tum maximè nos calamitatibus obnoxios fore, cum ſummam nobis pollicemur tranquillitatem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Imitemur itaq; Sirenas, quæ, tempeſtate coorta, dulci ſe oblectare cantu dicuntur, ſerenitatem alacri mente expectantes: Rurſus cœlo ſereno lugubrem cantum ſeu potius ululatum ciere creduntur, quaſi tempeſtatis & ventorum inconſtantiam deplorantes: Eodem modo Chriſtiani ſub crucis onere ſpiritu exultare debent: rebuſq; omnibus ad voluntatem fluentibus, oportet eos expectare præmeditatam animo incertitudinem vilitatemq; rerum humanarum, ne imparati veluti ab hoſtibus repentè ingruentibus opprimantur.

Quod autem Simon coactus Chriſti crucem ferendam ſuſceperit; ſignificatur carni noſtræ proprium & congenitum gaudia hujus vitæ ſectari; gloriam, delitias & quietem appetere, ac ſemper crucem fugere & averſari, donec ad eam portandam caro indomita adigatur & compellatur. Sin autem crucis inſignes utilitates animo &

mente

mente volutaverimus, ſtatim cum Davide ex Pſal. 119. v. 71. exclamabimus: Bonum eſt mihi quod afflictus ſum, ut diſcam edicta tua. Auguſtinus de crucis utilitatibus præclarè inquit: CRUX eſt pœnitentiæ, fidei, invocationis, humilitatis, patientiæ, exercitium. Et alibi idem dicit: Vita noſtra in hac peregrinatione non poteſt eſſe ſine tentatione: quia profectus noſter per tentationem fit noſtram, nec ſibi quiſquam innoteſcit, niſi tentatus, nec poteſt coronari, niſi vicerit, nec poteſt vincere, niſi certaverit, nec poteſt certare, niſi inimicum habuerit. Vide Eſa. 26. verſu 17. 18. 1. Pet. 1. ver. 6. 7. 8. 9. Jacobi, 1. v. 3. 4.

Providentiæ porrò divinæ, ad erigendas mentes triſticiâ confectas, exemplum valde illuſtre hîc nobis conſiderandum exhibetur: quod Chriſto jam viribus exhauſto, omniq; contumeliarum genere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

nimium debilitato obviam proceſſerit Cyrenæus, qui, Deo ita gubernante, onus levaret, ne in viâ ſuccumberet. Fidelis igitur eſt Deus qui non ſinet vos tentari ſuprà id quod poteſtis, ſed præſtabit unà cum tentatione etiam evaſionem, ut poſsitis ſufferre. 1. Cor. 10. v. 13. Quoties itaq; in dolorum abyſſum nobis immergi videmur, hac conſolatione nos confirmemus, ſcientes quòd ſicut ſocij ſimus perpeſsionum, ſic etiam ſocios fore conſolationis. 2. Cor. 1. v. 7. 1. Pet. 4. v. 13. 14.

III. Reliquum nunc eſt, ut tertio loco, de mulierum fletu & Chriſti ad illas admonitione graviſsimâ, paucis diſſeramus.

Turba & ex hac mulieres quædam videntes Jeſu Chriſti miſerabilem faciem & ſtatum, lachrymas tenere non potuerunt: nos ſuo invitantes exemplo, ut & cum lamentantibus lamentari diſcamus. Rom. 12. v. 15. Sed Chriſtus futura proſpici-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ſpiciens tanquam præſentia, juſtiores cauſas, ob quas ſe lachrymis lamentiſq; dedant, non procul abeſſe denunciat, ut ita ejus monitis adductæ, ad reſipiſcentiam animos flecti & moveri patiantur. Lachrymas autem excutiat nobis occaſio mortis Jeſu, quæ fuit ira Dei adverſus peccatum totius mundi: Execrari & deteſtari incipiamus non Chriſti crucifixores; ſed propria peccata, quæ Chriſtum crucifixerunt, odio perſequamur, ne crucem Chriſti innumeris augeamus modis: Incuſemus non illorum ingratitudinem; ſed in nobis ipſis vel gratę mentis ſcintillulam illucere erga redemptorem noſtrum; qui noſtrâ causâ tam grave ſubire onus non recuſavit, oſtendamus.

Ipſa verò Chriſti prædictio duo de Chriſto metitanda complectitur. Primò enim fraternæ ejus erga homines, etiam inimicos ſuos, benevolentiæ & amoris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

certiſsimum repræſentat & ob oculos ponit indicium. Ideo enim imminentia prædicit mala, ut ea precibus noſtris per hunc eundem JEſum avertere maturemus. Deinde nos juſticiæ divinę in ſceleratis plectendis admonet, ut quos amor Chriſti ad reſipiſcentiam non moveat; ij vel pœnæ atrocitate à peccandi libidine deterreantur. Spectat porrò hæc graviſsima Chriſti comminatio non modò ad urbis extremum exitium; Sed & ad horrendum Dei judicium, quod experientur omnes in delictis perſeverantes. Vide Apocalip. 6. v, 16. 17. Et cap. 9. v. 5. 6. Pſal. 10. v. 6. Abjiciamus igitur opera tenebrarum & induamur habitu, qui luci conveniat, Rom. 13. v.12. Ut enim fur, aut latro, tum demum ſerò nimis, quod ad corporalem vitandam pœnam, vitæ anteactæ pollicetur emendationem, cum jam, ſententiâ latâ, patibulo affigitur: Ita nul-

nullus reſipiſcentiæ locus datur, cum coram extremo ſiſtemur judicio.

Nunc comminationem egregia comporatione illuſtrat. Nam ſi in virenti ligno, inquit, iſta fiunt, quid fiet in arido? q. d. Si tam acerba propter aliena peccata mihi eveniunt, quid fiet vobis omnis juſticiæ & boni fructus expertibus? Hujus igitur ſeculi filij ſunt lignum aridum, quod flammis iræ divinæ aliquando ardebit: Filij vero Dei reputantur pro ligno viridi, quos ignis caſtigationis & probationis non abſumit, ſed paulatim perficit, expolit, & confirmat, donec tandem, omnibus hujus vitæ difficultatibus ſuperatis in æternam requiem perducantur. Ut itaq; filij Dei patientiam ſub cruce hinc diſcere debent: Ita filijs hujus ſeculi ſit piorum crux admonitioni, de æternâ & nunquam moriturâ pœnâ, niſi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

maturè reſipuerint. 1. Pet. 4. ver. 17. 18.

De ſecundâ parte.

Chriſtum, vitam noſtram, extra urbem ad ſupplicij locum ductum eſſe diximus: Nunc quo mortis genere multatus, & quid in loco ſupplicij contigerit, inquiramus.

Conſideremus autem ordine 4. perſonarum genera, quarum nomina in hac parte exprimuntur. 1. JEſum crucifixum. 2. Socios crucis Chriſti duos. 3. Pilatum, cujus factū & facti defenſio expēdenda 4. Milites dividentes Chriſti veſtimenta.

De primò videlicet de Chriſto cruci affixo. Hìc rurſum 4. enucleanda offeruntur. 1. Locus. 2. Mortis genus. 3. Aceti propinatio. 4. Verbum primum in arâ crucis prolatum.

1. Primò locus ubi Chriſtum, anteà vinculis & verberibus omniq; contumeliarum genere confectum, necarunt, duplici nomine inſignitur, Græco ſcilicet & Hebræo. Utroq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

troq; ſignificatur Chriſtum eo in loco morte crucis affectum, ubi homines facinoroſi pœnam luere conſueverunt, Auguſtinus autem hunc locum, calvarię nomine inſignitum exiſtimat, ob id, quod Adam, primus homo, eo in loco terræ mandatus credatur. Idem Epiphanium quoq; ſenſiſſe accepimus. Conſolationis ſanè pleniſsimum eſt Chriſtum in loco publicis cruciatibus deſtinato morte multatum eſſe. Sanctificavit enim hac re loco hujuſmodi, adeò ut non ſaluti Martyrum, imò nec illorum, qui propter ſcelera patrata plectuntur, modo ſeriò vitæ malè anteactæ rationes deteſtentur, ac fiduciam in Chriſti meritum collocent, officere poſſint.

2. Deinde mortis genus ſignificatur. Cruce enim, mortis genere ut probroſiſsimo: ita etiam acerbyſsimo Chriſtus affectus fuit. Factum eſt autem hoc primò ut imple-

pleretur typus, Num. 21. de ſerpente æneo, quem Chriſtus ipſe Joan. 3. v. 14. allegat & interpretatur.

Deinde ut noſtram in ſe transferret maledictionem. Scriptum enim eſt Deut. 21. v. 24. Maledictus omnis qui pendet in ligno. Ut itaq; Chriſtus nos ab æternâ eriperet maledictione & perpetuâ perfunderet benedictione hoc ſupplicij genus, execratione damnatum, ſubire voluit. Galat. 3. v. 13. Redempti quoq; peccatum fugere ac deteſtari incipiamus. Non enim amplius ſumus noſtri Juris. Nam empti eſtis pretio: glorificate igitur Deũ in corpore veſtro & in ſpiritu veſtro, quæ ſunt Dei. 1. Cor. 6. v. 19. 20.

Hìc alienum à re me facturum non exiſtimabo, ſi paucis, de formâ Chriſti in cruce pendentis, diſſeram.

1. Pendet expanſis brachijs, ut ſe ad omnes amplexandos paratum oſtendat. Matth. 11. v. 28.

2. In altum elevatus fuit, idq; non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

non ſine graviſsimis factum eſt cauſis.

Primò enim hoc facto oſtendit ſe omnibus credentibus æquè expoſitum. Deinde viam, qua ad cœleſtem illam gloriam pervenire liceat, nempe per crucem & calamitates, demonſtrare voluit. Quoties igitur cum calamitatibus nobis luctandum erit, aut cum morte ipsâ dimicandum, toties nos in viâ, ad cœleſtem patriam tendente, eſſe in memoriam revocabimꝰ. Tum inter cœlum & terram pendere voluit, ut terrena cœleſtibus reconciliaret.

3. Nudus quoq; cruci ſuffigitur, cùm ut veſtes juſticiæ & ſanctitatis reſtitueret ac contra paupertatis molem nos confirmaret; tum ut pœnam ſuperbiæ, quam primi parentes commeruerunt in ſuo corpore lueret. De nuditatis Chriſti priori causâ & fructu vide 2. Cor. 8. verſu 9.

Huc

Huc illud Ambroſij : Propter te infirmitas in ſe potentia : Propter te inopia, in ſe opulentia : Noli hoc æſtimare quod cernis, ſed quod redemeris agnoſce. Plus Domine Jeſu inopiæ tuæ debeo, qua redemptus, quã opulentiæ, quà creatus. Non enim prodeſſet naſci, niſi etiam redimi profuiſſet. Rectè Auguſt. Qui pauper, inquit, naſcitur, pauper vivit, & pauper moritur, paupertatem & omnes alias moleſtias ſuo exemplo cõſecravit, ne quis illa irati Dei argumenta eſſe, aut animarum ſalutem illis impediri poſſe arbitretur: cum nos ſibi reconciliatos poſthac neq; egeſtas, neq; oppreſsio, neq; calamitas ulla, neq; anguſtia, neq; fames, neq; nuditas & ne mors quidẽ ab ejus dilectione & conjunctione ſeparare poſsit. Rom. 8. v. 38. Quod verò ad pœnam, propter primorũ parentum ſuperbiam inflictam, ſpectat, ea nos admonemur, ut vitium hoc deteſtandum fugere & execrari incipiamus. Nam ſuperbis reſiſtit Deus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Deus.1.Pet.5.v.5. Quantum autem in veſtium ornatu à viris & mulieribus pariter hoc ultimo & exulceratiſsimo ſeculo peccetur, quis eſt qui non animadvertit? Vix n.ullum veſtimenti genus inter prophanos & laſcivos homines novum & impudicum oritur, quod ad nos non ſtatim advolet. Eò certè jam erupit vel tenuiorum & infimæ ſortis hominū laſcivia, ut paſsim non in laneis cōſpiciantur veſtibus: Sed induantur damaſcenâ, holoſericâ, undulatâ &c. Ablegandi ſunt hujuſmodi homines, vanitati vanitatum nimium indulgentes ad Eſa. cap.3. v.19.20. 21.22.23. Audiăt, inquìt Chryſoſt. opulenti & qui luxuriantur in vermium operibus, veſtiuntur ſericis, quod primus noſter parens poſt tranſgreſsionem pœnæ montis reus veſte opus habebat, quæ confuſionem tegeret.

3. Nunc tertiò loco de aceti propinatione nobis agendum. Dederunt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

runt Chriſto, inquit, acetum cum felle mixtum. Judæi aliud animo volventes ſcripturam implent. Pſa. 69. v. 22. Mihi pro cibo fel, & ſitienti acetum porrigunt bibendum. Jeſu Chriſto Judæi eam negant humanitatem, quam vel ſceleratiſsimo exhibere & offerre ſolent. Pro. 31. v. 6. Sed filius Dei omni ſolatio deſtitui voluit, ut nos in illo omni conſolatione impleremur. Pſalm. 16. v. 11.

Acetum verò nos Chriſto cum felle mixtum offerimus bibendum, quoties aut membris ejus injuriam inferimus, aut aliâs gravi aliquo delicto Chriſtum offendimus. Cavendum itaque ne querela quæ extat. Eſa. 5. v. 5. de nobis habeatur. Quid faciendum erat ultrà vineæ meæ, quod non fecerim ei? Cur ſperante me parituram uvas, peperit labruſcas?

Noluit porrò Chriſtus bibere acetum, ne ſcilicet mortem ſibi ante horam conſtitutam accelleraret,

mo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

monens nos hoc ſuo exemplo, ne ad evitandos cruciatus nobis ipſis vitæ periculum creare tentemus, ſed potius quælibet acerba ſuſtineamus, donec ipſi Deo viſum fuerit ijs finem afferre.

4. Reliquum nunc eſt ut de primo verbo à Chriſto in arâ crucis prolato ſermonem inſtituamus. Pater, inquit, remitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Tria complectitur hæc Chriſti oratio. Primò continet doctrinam de Chriſti ſacerdotali munere, quod in hiſce tribus ſitum eſt; ut doceat nos cœleſtem illam doctrinam, quam ex ſinu patris attulit: 2. pro nobis oret, ut reconciliemur Deo. 3. Et ſe ipſum in arâ crucis pro noſtris peccatis expiandis offerat. Deinde complectitur in ſe ſaluberrimam admonitionem, videlicet ut non modo amicitiæ vinculo nobis obſtrictos amore complectamur: Sed & pro inimicis preces ad Deum fundamus. Joan. 13. v.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

34. 35. Rom. 12. v. 14. Annon igitur merito pudore ſuffundi nos oportebit, quòd Chriſtianos velimus profiteri nos, & tamen tam ſimus vindictæ cupidi, ut vel minimam injuriam illatam, nunquam animo effluere ſinamus. Annon horrore confici nos oporteret, quoties ſic precamur: Remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus, debitoribus noſtris. Idem enim eſt ac ſi ita precaremur: Ne nobis condona lapſus noſtros, quia fratribus condonare nolumus. Remittite igitur & remittetur vobis. Matth. 18. v. 35. Tertiò efficaciſſima hæc Chriſti oratio ſcatet conſolatione ad tentationem de propria indignitate tollendam. Habemus enim Jeſum Chriſtum juſtum advocatum apud patrem: ideo nos noſtra indignitate à throno Dei deterreri & arceri non patiamur. 1. Joh. 2. ver. 1. 2. Eſa. 53. ver. 12. De Themiſtocle memoriæ proditum eſt, quod is patriâ pulſus ad Admetum,

tum, Moloſſorum regem, ſibi etiam infenſum profugerit. Is cum fortè domo aberat, ab uxore ejus, cui ſe Themiſtocles ſupplicem præbuerat, hujuſmodi inſtructus conſilio eſt, ut, eorum ſumpto filio, apud lares ſederet, ſeq; Regi revertenti ſuppliciter inſinuaret. Rex itaque non multò, poſt domum reverſus, auditâ oratione Themiſtoclis ſupplici, viſoque filio quem in amplexu tenebat ſuo, eum ſtatim cum filio ſuo erexit, iram in animo adverſus eum conceptam depoſuit, & omnibus tandem benevolentiæ & amoris officijs proſequutus eſt: Sic & nos quoties Deum iratum nobis ſentimus ex verbo Dei edocti, JEſum Chriſtum Dei filium unigenitnm, noſtrum advocatum, fidei complectamur ulnis ad thronum gratiæ accedentes, & nos Deo irato in verâ fide & humilitate proſternamus, non dubitantes, quin filij gratiâ & interceſ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ſione nobis omnia delicta ſit condonaturus. Matth. 17. v. 5.

De ſecundo hujus ſecundæ partis membro, videlicet de ſocijs crucis Chriſti. In crucem unà cum Chriſto duo latrones aguntur, in quibus Chriſtus medium occupavit locum. Impletur hìc illud Eſa. 53. v. 12.

Cum iniquis reputatus eſt. Conſolationis refertiſsimum eſt ſalvatorem generis humani medium tenuiſſe locum inter maleficos. Nam hac re eum ad opitulandum *maleficis* paratum eſſe ſignificatur, eumq́; non propter juſtos, ſed propter peccatores morti traditum indicatur. Matth. 9. v. 13. Imo ideo inter latrones cenſeri voluit, ut nos jure filiorum donaremur.

De tertio nempe de Pilati facto ejuſq́; defenſione. Pilatus titulum cruci inſcripſit, quem Judæi commutari volebant: Pilatus verò animum retinens conſtantem, petitioni illorum locum relinquendũ non duxit.

duxit. Continebatur autem in titulo cauſa mortis Chriſti, quod ſcilicet fuiſſet à Judæis regni affectati inſimulatus.

Forma igitur hæc inſcriptionis & conſuetudo docet publicorum judiciorum cauſas publicè quoque declarandas eſſe. Graviſsimè igitur peccatur ab ijs, qui homines ad mortem ſine ullâ judicij formâ rapiendos ſtatuunt, aut manus in eos injici curant, ſuâ abutentes poteſtate & auctoritate, quaſi non ſit neceſſe rationem ullam cur id, quove modò fiat, cuiquam reddere. Apud populum Dei quæſtio de reis in publico haberi ſolebat, ut in formâ judicij adverſus Achan, Joſuæ 7. apparet.

De titulo ſeu inſcriptione: JESUS NAZARÆNUS REX JUDÆORUM.

Titulus ipſe doctrinæ Evangelicæ ſummariam comprehenſio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

nem complectitur, ſingula itaque verba paulò altius repetamus.

Prima vox JESUS nos & de perſonâ & de officio ſalvatoris noſtri commonefacit. Quod ad perſonam Chriſti ſpectat, ipsâ vocis ſignificatione hunc eſſe & verũ Deum & verum hominem convincitur. JESUS enim ſalvatorem ſeu ſervatorem ſignificat. Niſi enim Deus; à peccatis liberare non potuiſſet; ſiquidem unius Dei eſt, propriâ virtute peccata condonare, Luc.5.v.21. Niſi homo; pati nõ potuiſſet. 1. Pet.4.v.1. Et ita nomini, quod ab ipſo angelo, antequã in utero matris conciperetur, ipſi inditũ fuit, non reſponderet. Officiũ Jeſu nomine ipſo etiã exprimitur. Matt. 1. v. 21. De hoc dulciſsimo nomine Jeſu Ambroſij dictũ conſolationis pleniſsimum notetur. Ægrotantibꝰ, inquit, eſt noſter medicus: ex febre ſitientibus eſt fons noſter: oneratis iniquitate, eſt juſticia noſtra: Defatigatis & laborantibus, eſt robur no

ſtrum:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ſtrum: mortem metuentibus eſt vita noſtra: ad cœlũ aſpirantibus, eſt ſcala noſtra: tenebras fugientibus, noſtra eſt lux: eſurientibus eſt panis & cibus noſter. Quis igitur tantas opes in Jeſu non admiretur & propter haſce ampliſsimas commoditates non exoſculetur?

Secunda vox NAzarẹnus, non modo de loco, quẽ incoluiſſe dicitur Jeſus. Matt. 2. v. 23. nos certiores reddit: ſed & hunc eſſe verũ illũ Nazaræũ indicat, qui nõ modò pro ſuâ perſona ab omni pollutione ſanctificat9 & Deo coõſecratus eſt, uti Nazaræorũ lex, Num. 6. v. 1. 2. &c. ferebat: ſed & alios omnes à mundi colluvie ſeparat, ſeparatos ſanctificat, & Deo per mortem ſuam, quam fide ſibi applicãt, conſecrat. Joh. 17. v. 19. Separati igitur jam & ſanctificati, ac Deo per hunc Jeſum Nazarenum dicati, ne poſthac mundi & carnis cupiditatibus coinquinemur ſedulo cavendum.

Tertia vox inſcriptionis, REX, & de Regio Chriſti munere nos inſtruit, & noſtri nos admonet officij. Regium Jeſu officium eſt. 1. Regere Eccleſiam & externâ voce Evangelij & internâ ſpiritus ſui virtute. 2. Defendere eam contra hoſtium internorum & externorum inſidias, & vim ac rabiem eornm propulſare. 3. Ornare beneficijs cùm in hac tum in futurâ vitâ.

Noſtrum autem munus eſt militare bonam militiam, retinere fidem & bonam conſcientiam, deniq́ue cogitationes, dicta & facta ad hujus regis nutum dirigere & conformare. De his ſuprà ſatis egimus.

Quod porrò diverſis linguis titulus ſcriptus fuerit, id non ſolum factum eſt, ut Chriſti cauſa in memoriam orbis terrarum ſempiternam ſpargeretur & divulgaretur: Sed & ut Chriſtum eſſe omnium gentium ſalvatorem & regem latè diſſeminaretur. Non enim eſt Judæus neq; Græcus, Gal. 3. v. 28.

Sed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Sed huic omnes Prophetæ teſtimonium ferunt, quod remiſsionem peccatorum accepturus ſit per nomen ejus, quiſquis credit in eum. Act. 10. v. 43.

Nunc facti hujus defenſionem expendemus. Judæi Pilati factum improbant, dicentes: Noli ſcribere Rex Judæorum, ſed quod ipſe dixerit, Rex ſum Judæorum. Sed Pilatus mentem in causâ verâ & honeſtâ conſtantē ſervat. Quod ſcripſi, inquit, ſcripſi. Ut autē Judęi ſe Regi huic oppoſuerunt, ne ſcil. regnum ejus latè amplificaretur: Sic hoſtes quidem, quocunque tandem poſſunt modo, Chriſti regnum demoliri & deſtruere, ſed fruſtrà, intendent Pſal. 2. v. 1. 2. 3. Manet enim ejus regnum firmum: imò portę inferorum non prævalebunt: Manebit quoq; ſacroſanctum ejus verbum, quo hujus tituli explicatio continetur. Abſit enim ut ullius tanta vis, tantæve fraudes ſint, qui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

bus deleri unquam poſsit: imò ne apex quidem ejus in ſeculum interibit.

De quarto membro videlicet de militibus ſortionem de Chriſti veſtibus facientibus, nunc tandẽ verba ſumus facturi.

Sorte autem de Chriſti tunicâ conſultum eſt, ut vaticinium impletum conſtaret, de quo Pſal. 22. v. 17. Super veſte mea ſortem jecerũt. Nihil igitur caſu Chriſto contigit.

Athanaſius inquit: Paſſus eſt Chriſtus veſtes ſuas dividi & ſuper tunicâ ſortẽ mitti, ut ſors noſtra ſolꝰ ipſe foret. Porro ſi impij per vim, aut fraudes nos noſtris ſpoliaverint bonis, memoriâ tenebimus quid ſalvatori noſtro in crucem ſublato acciderit & evenerit.

Nunc allegoriam in veſtimentorum Chriſti diviſione latentem, ex veterum ſcriptorum monumentis eruere placet.

Tunica Chriſti ſacroſanctã nobis repræſentat doctrinã ex fundamen-

men-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

mentalibus religionis Chriſtianæ articulis ita contextam & compactam, ut à ſe divelli nequeat.

Per milites autem, Chriſti veſtes diripientes & inter ſe partientes, hæreticos, ſacram ſcripturam lacerantes & depravantes, intelligi volunt. Tunica verò, quæ ab illis decerpta & conſciſſa non fuit, teſtimonium erit hæreticos quidē veritatē abnegaturos; ſed eam immotā & illibatam manſurā, quacunq; tandem arte, aut quibuſcunq; machinis eam evertere nitantur. Veritas n. una eſt, quæ ſcindi non poteſt.

Alij hanc veſtimentorum diviſionem de ſorte Eccleſiæ interpretandam ducunt. Milites enim, hoc eſt, tyranni & impij ſpoliant & exuunt membra Jeſu Chriſti ſuis veſtibus, id eſt, bonis ſuis, eaq; inter ſe partiuntur. Hoc quàm ſit veritati conſentaneum, non minus miſeri ſubditi, quam ij qui Eccleſię Chriſti informandæ præſunt, experiuntur.

Pa-

Parum enim reſtat, quin multi nudũ adhuc Chriſtũ relinquant. Bona Eccleſiaſtica in pios uſus olim collata, quomodo jam paſsim per ſortes dividantur, & in uſus prophanos rapiantur, quis eſt qui non videt? Et certè ſi quid adhuc eſt reliquum, militum horum conſortes vix acquieſcent, donec vel ſorte, vel vi, vel fraude id ipſum in alios converterint uſus. Attendant hujuſmodi quænam illis conſtituta ſit pœna. Eſa. 33. v. 1. Væ qui ſpolias quoniam ſpoliaberis. Quid quod non ſolum ſpoliantibus Chriſtum pœna verè ſit infligenda: ſed ſi nudum Jeſum reliquerimus, nunquam nos ejus induendos divitijs, qui propter nos in extremam redactus eſt paupertatem, compertum habeamus. Occaſio veſtiendi Jeſum in hac ultimâ mundi ſenectâ ſe nobis offert, quoties miniſtros verbi, viduas, pupillos alioſq; hujusmodi penuriâ laborare videmus.

JEſus enim eſt quem ſitire, eſurire,

rire, nudum eſſe, rerumq; omnium neceſſariarum penuriâ affectum, vides. Matth. 25. v. 35. 36. Cur igitur vitæ neceſſaria non ſuppeditas? Quin potius ſpolias & exuis eum omnibus bonis. Notandum hic venit illud Baſilij: Quis quæſo, inquit, eſt avarus? ille qui parvo, & eo quod ſatis eſſe debet, non eſt contentus. Quis verò peculator? ille qui aufert aliena. Tu verò non avarus? Non tu peculator, cum ea quæ ad diſpenſandum diſtribuendumq; receperis, tibi propria facis? Non qui veſtem diripuerit, ſpoliator nominabitur: qui autem nudum non texerit, modo poſſit, alterius cujuſdam nominis appellatione dignus erit? Eſurientis eſt panis, quẽ tu retines: nudi eſt veſtis, quam tu cuſtodis in arcâ: diſcalceati calceus, qui apud te marceſcit: egentis argentum, quod tu in terram fodis. Deniq; tot affers injurias hominibus, quot deſeris cum juvare poſ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ſes. Et NAZIANZEnus inquit: Boni Dei miniſter factus es, ô homo, œconomus conſervorum. Ne putes omnia tuo ventri parata eſſe. De rebus illis quas manibus tractas, tanquam de alienis conſulta. Brevi tempore te oblectant: deinde præterfluentes interibunt, tu vero exquiſitam de ipſis reddere rationem jubeberis. Cavendum itaq; omnibus ne aut Jeſum veſtibus ſuis ſpolient, aut bona Eccleſiaſtica in alios uſus transferant: quin potius exemplo illius Pharaonis, de quo Gen. 45. v. 16. 17. 18. Item, Theodoſij, Conſtantini & aliorum piorum regum ac principum, erga Eccleſiam ejuſq; membra liberalitatem & munificentiam exerceant & declarent: quantumq; alij in uſus non neceſſarios, imò à verâ pietate multum abhorrentes, erogant, & inutiliter, non ſine offenſione Dei, profundunt: tantum ex bonis noſtris in Jeſum conferre non recuſabimus, ut lætiſsimam nobis audire vocem

con-

contingat, Matth. 25. v. 34. Venite benedicti patris mei, poſsidete regnum paratum vobis à jactis mundi fundamentis. Eſurivi enim & dediſtis mihi quo veſcerer. Hujus cœleſtis perpetuæq́; benedictionis ac gloriæ æternus Deus nos participes reddat per Jeſum Chriſtum, Amen.

CONCIO DUODECIMA.

Textus.

Stabant autem iuxta crucem Ieſu, mater eius & ſoror matris eius &c. Et cum hæc dixiſſet inclinato capite tradidit ſpiritum.

De crucifixione Chriſti, in præcedenti concione à nobis dictum eſt: Nunc ut de morte ejus in arâ crucis verba faciamus, ordo inſtitutus requirit. Completis n. omnibus, quæ Prophetarum monumentis de eo celebrata fuerunt, magnâ voce ſpiritũ Patri cõmendans expiravit.

Par-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Partes concionis hujus princi- pes conſtitui poſſunt quatuor.

1. De mulierum & Johannis ſub cruce præſentia.

2. De Judæorum virulentis in Chriſtum ſarcaſmis.

3. De ſocijs crucis Chriſti.

4. De quatuor noviſsimis verbis in cruce à Chriſto prolatis.

De primâ parte.

Stabant autem juxta crucem) In hac primâ parte primò nativum & proprium verborum ſenſum ponderabimus: deinde eorum ſymbolicam ſignificationem enodandam ſumemus. Tria autem perſonarum genera conſideranda ſe nobis offerunt. 1. Mulieres. 2. Jeſus. 3. Johannes: de quibus nunc ordine dicemus.

De mulieribus cruci Chriſti aſtantibus. In hiſce conſtantia & animi magnitudo admiranda conſpicitur. Petrus & reliqui diſcipuli, qui mortis diſcrimen ſeſe pro Chri-

ſto

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ſto obituros fidem dederunt, fugæ ſe jam mandaverant, ſolæ mulieres, & cum hiſce Johannes, cruci aſsiſtunt rei eventum exitumq; exſpectant. Nemo igitur ſibi ſuiſve viribus nimium confidat. Deo enim manum ſubtrahente, vel minima tentatio in errores inextricabiles nos impellit: Nemo rurſum ob imbecillitatem animum abjiciat. Nam potentia Domini per infirmitatem perficitur. 2. Cor. 12. v. 9. 2. Veri amici officia in mulieribus quoq; elucent. Chriſtum enim ne quidem in extremam redactum neceſsitatem deſerunt, Rectè Cicerò. Non facile dijudicatur amor verus & fictus, niſi aliquod incidat ejuſmodi tempus, ut quaſi aurum igne: Sic benevolentia fidelis periculo aliquo perſpici poſsit. Illuſtre amicitiæ veræ & non fucatæ exemplum lege libro primo Samuelis de David & Jonathan. Item apud valerium Maximum lib. 4. cap. 7. de

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Damone & Pythia. Notandum autem hîc venit omnem veram amicitiam debere in Deo fundatam eſſe, atq; in eo ſtabilẽ permanere. 3. Conſolationis porrò pleniſsimum eſt, quod Chriſtus jam in cruce pendẽs, non prorſus deſeratur; ſed aliquos inveniat qui ejus curâ tãguntur. Ea re n. ſignificatur non omninò defuturos, qui in extremâ verſantibus neceſsitate aderunt. Tantùm de mulierum ſub cruce præſentia.

De Jeſu. JEſus Chriſtus licet in terris tantâ omnium rerum penuriâ & miſeriâ afficiebatur, ut ubi caput reclinaret, non haberet; matri tamẽ, ut tunc occaſio ferebat, conſulendum putavit: relinquens nobis exemplum ut parentum noſtrorum, cùm in totius vitæ curriculo, tum maximè cum ex hac miſeriarũ valle diſcedendum exiſtimemus, curã ſuſcipiamus. Sic apud valerium Max. lib. 5. cap. 4. filiæ erga patrem Cimona pietas commendatur: quem cuſtodię traditum jam ultimæ ſene-

ctutis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ctutis velut infantem, pectori ſuo admotum aluit.

De Joh. Johannes, cognito Chriſti mandato, matrẽ Domini apud ſe hoſpitio excepit, & ut matrẽ coluit & honoravit. In hoc diſcipulo verę amicitię exemplũ quoq; cõſpicitur, quicum vitâ defuncto amicitiã mori non patitur. Homines noſtri ſeculi longè ſecus in amicos & ſanguine ſibi conjunctos ſeſe gerunt, qui hæreditates amplas adire, aut legata capeſſere non recuſant, oneribꝰ autem plena officia, extinctâ cum defuncto amicitiâ, refugiunt. At cogitent iſtiuſmodi homines, magnopere ſuos liberos periclitari, ne& illi in hujuſmodi periculũ, quo nũc urgeri vident viduas & pupillos, incidant.

Hucuſq; nativa illa verborum explicatio fuit: Nunc allegoricum ſenſum, in ſingulis perſonarum generibus latentem, expendemus.

1. Maria cruci Chriſti aſsiſtens unà cũ reliquis mulieribꝰ, eſt imago &

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

typus Eccleſiæ, quæ eſt mater Jeſu ſpiritualis, quam cruce & calamitatibus ſemper exercendam divina providentia ſtatuit. At, inquies, etiam impij in hac vitâ calamitatibus obnoxij fiunt, ut Pharao, alijq; permulti. Audi hîc Auguſtinum diſcrimen crucis piorum & impiorum ſtatuentem hiſce verbis: Sicut ſub uno igne, inquit, aurum rutilat & palea fumat, & ſub eâdem tribulâ ſtipulæ comminuuntur, frumenta purgantur, nec ideo amurca cum oleo confunditur, quia eodem preli pondere exprimitur: ita una eademq; vis irruens bonos probat & purificat, malos damnat, vaſtat & exterminat.

Conſolationem autem ſub cruce hauriet mater Chriſti, hoc eſt quilibet in Chriſtum credens. 1. Ex voluntate divinâ, ſine qua credenti nihil evenire poteſt. Nam Luc. 2. v. 35. Mariæ à Simeone dictum fuit: Quin & tuam ipſius animam trajiciet gladius. 2. Ex providentiâ

divi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

divinâ. Primum enim Chriſtus matrem & diſcipulum cruci aſtantem videre dicitur. Sic etiam oculis miſericordiæ te cum calamitatibus luctantem non modò videt & ſingulariter agnoſcit, ſed & ſe conſilio & auxilio affuturum promiſit. Pſal. 91. v. 14. 15. Deinde eam Johanni commendat: ita JEſus Eccleſiæ membra non negligit, ſed ea Johanni, id eſt, fidelibus ſuis miniſtris, commendata habet, ut eorum curam gerant, ex verbo Dei conſolentur & confirment, donec tandem, omnibus ſuperatis calamitatibus, ad Chriſtum in gloriam cœleſtem recipiantur.

II. Jeſus deinde matri negotium dans ut Johannem pro filio agnoſcat; docet Eccleſiæ antiſtites & procuratores non negligendos, aut contemnendos, ſed agnoſcendos, non ſecus ac mater filios dulciſſimos alit, fovet, & ex animo dili-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

git. 1. Reg. 17. 2. Reg. 4. v. 10. &c. 1. Cor. 4. v. 8. Gal. 5. v. 6.

III. Ut Johannes matris Chriſti curam agit: Sic pij verbi divini miniſtri Eccleſiæ & ſingulorum in ea membrorũ curam, non ſecus ac pater liberorũ, ſuſcipere debẽt, docendo, admonendo, conſilia ſuggerendo, & pro viribus confirmando.

De ſecundâ parte.

Pręterẽuntes autem blaſphemabant eũ &c. Dicemus hîc primò de ipſis Judæorum virulentiſsimis in Chriſtũ ſarcaſmis: deinde de piâ eorum meditatione & uſu.

De priori membro: Initio fit mentio prætereuntium, qui verbis ſimul & geſtibus Chriſti cruci affixo illuſerunt. 1. Irriſorum conſuetudine capita movent. 2. Blaſphemiam in ipſum evomunt dicentes, Vah qui deſtruis templum, ſi filius Dei es deſcende de cruce. Ut animum Chriſti gravius pungant, primum calumniæ adverſus Chriſtum ſuprà allatæ memoriam repetunt.

Dein-

Deinde, ut ſi filius Dei ſit, è cruce deſcendat, petunt; volentes ſimul & paternum Dei animum erga filiũ ſuum dilectiſsimum, & potentiã Jeſu in dubium vocare. Petierunt, inquam, illi, ut ſi verus eſſet Meſsias è cruce deſcenderet, cum tamen ſine crucis morte, Meſsiæ nomen ſibi vendicare non poſset, niſi nimirum quæ de ipſo Eſa.53.Pſal.22.& alibi, memoriæ mandata leguntur, perficeret. Cavendum autẽ nobis eſt, ne aut diabolo, volenti nobis dubitationes de paterno Dei erga nos animo, injicere, aures præbeamus; aut etiã cũ flagitioſis iſtis hominibꝰ Dei vel potentiã, vel ſapientiã in dubiũ vocemus, ſi non ſtatim ſe ad noſtrã voluntatẽ exhibeat & accõmodet, ſed acquieſcamꝰ Dei promiſsionibꝰ, quę ſpem noſtrã fallere nõ poſſunt. Pſal.22.v.5.6.Pſ.55.v.16.17.Rõ.8.v.37.Porrò Chriſtũ potuiſſe è cruce deſcẽdere, ſi voluiſſet, nemini ancipitẽ cogitãdi curã afferre debet; unde

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Auguſtinus: Plus, inquit, fecit Chriſtus quàm illi inſultando exigebant. Plus enim eſt, de ſepulchro ſurgere, quàm de ligno deſcendere. Abſit igitur ex noſtro ſenſu & ratione Dei potentiam, ſapientiam, aut bonitatem metiri incipiamus. Atq; hoc de prætereuntibus.

Deinde principes Sacerdotum exprobrant Chriſto beneficia in alios collata & pietatem ac obedientiam in Deum, quaſi nulla jam ſpes ipſi in extremam calamitatem redacto reliqua eſſet. Eâdem tentatione Satanas Chriſtum in deſerto agentem aggreſſus eſt. Matth. 4. v. 3. Omnes deniq;, ne ipſis quidem latronibus exceptis, acerbiſsimis convitijs Chriſtum conſectantur.

De altero membro, videlicet de piâ horum convitiorum meditatione & ſalutari eorum uſu, qui in hiſce ferè conſiſtit.

1. Primò hæc convitia in Chriſtum contorta nos ſortis noſtræ admonent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Tantâ enim rabie tamq; effreni impudentiâ mundus in Chriſti membra ſævit, ut non modò quaſlibet inferre calamitates moliatur, ſed & illatas exprobret, & ſpem omnem divinarum promiſsionum adimere & eripere tentet. Sic cum Jobo actum cap. 2. &c. legimus. Et David triſtiſsimam edit querelam: Pſal. 3. v. 2. Multi dicunt animæ meæ non eſt ipſi ſalus in Deo. Si itaq; vel caro, vel Satanas, vel mundus inferat te ideo pro electo Dei filio non reputari, quia calamitatibus te Deus exponi permittat, audi quid Paulus Heb. 12. v. 5. 6. 7. 8. dicat: Fili mi, ne negligito caſtigationem Domini, neq; deficias animo cum ab eo argueris. Quem enim diligat Dominus caſtigat &c. Exemplo itaq; Chriſti obedientiam & patientiam ſub cruce præſtemus.

2. Deinde de providentiâ Dei nos erudiunt. Convitijs enim Chri-

ſtum petentes Dei decretum & voluntatem, Prophetarum monumentis celebratam, vel ignari perficiunt. Pſal. 22. v. 7. Omnes videntes me deriſerunt me &c.

3. Tertiò hi ſarcaſmi nos, de irâ Dei adverſus peccati turpitudinē, & de pœnâ ęternâ non reſipiſcentibus infligendâ, admonent. Adeo n. erat Deus offenſus, ut nulla alia conciliandi nos ei ratio eſſet, quàm ut tantus calumniarũ cumulus in Chriſtum, ſponſorem noſtrũ, effunderetur. Deteſtemur proinde peccatũ, & gratos nos vadi noſtro declaremus, qui noſtrâ gratiâ tam dira perpeſſꝰ eſt, ut nos à perpetuis ereptos blaſphēijs ęternâ gloriâ exornaret.

4. Tandem convitia, quæ Chriſtꝰ tantâ ſuſtinuit patientiâ, nos mirificè confirmāt & conſolantur. Inimicorum urgeris venenatis linguis, in memoriam revoca te non modò habere Jesũ ſociũ, ſed & cogita pro momentaneis calamitatibus ęternũ gaudiũ tibi cum omnibus ſanctis repoſi-

poſitum eſſe. Rom. 8. v. 18. Terret te iræ divinæ ſeveritas adverſus peccata tua, animo revolve Jeſum tuâ gratiâ litaſſe, ne irę divinę flammis exuraris. Quis igitur intentabit crimina adverſus electos Dei? Deus is eſt qui juſtificat. Quis eſt qui condemnet? Chriſtus is eſt qui mortuus eſt. Rom. 8. v. 33. 34.

De tertiâ parte.

Unus autem ex his qui pendebant in cruce &c.

In latronibus hiſce duobus ſtatus & conditio, in qua ſalvator noſter univerſum genus humanum repererit, nempe deteſtandum & non modò prima ſed & ſecundâ morte dignum, ob oculos ponitur. Nam alter horum Chriſtũ convitijs proſcindens & in impietate perſeverans, eſt imago induratorum & reproborum, qui, etiam pœnâ affecti, non reſipiſcunt, ut in Pharaone & alijs permultis videre licet. Alter verò reſipiſcens, eorum imaginem,

qui

qui per ſeriam pœnitentiam Deo reconciliantur & in filios Dei ac cohæredes ejus cooptantur, refert & repræſentat. Ut itaq; perſpectum habere poſsimus, qua ratione alter hic latro mortem ſecundam effugerit, & in filium Dei adoptatus fuerit, duo hic perpendenda occurrunt: alterum de latronis hujus reſipiſcentiâ: alterum de Chriſti, ad exaudiendum eum, promptitudine.

Quod ad latronem ſpectat, in eo omnes ſeriæ pœnitentiæ partes, videlicet contritio, fides, & nova obedientia, elucent. Nam primo agnoſcit peccata ſua, & ſimul juſtum Dei judicium adverſus ſeſe. Nos, inquit, noſtro merito hac crucis morte plectimur, ille verò Meſsias pro alienis peccatis pœnâ mulctatur. Deinde ex verâ fide miſericordiam Jeſu implorat. Domine, inquit, memento mei cum veneris in regnum tuum. Petit latro non ut evadat incolumis: ſed ut

Chri-

Chriſtus ejus eſſe memor velit.
Nam, remiſsà culpâ, manet pœna, ut Moſis, Davidis & aliorum piorum exempla teſtantur. Huc illud Auguſtini tractatu ultimo in Joannem: Productior eſt pœna quam culpa, ne parva putaretur culpa, ſi cum illa finiretur & pœna. Ac per hoc vel ad demonſtrationem debitæ miſeriæ, vel ad emendationem labilis vitæ; vel ad exercitationem neceſſariæ pœnitentiæ, temporaliter detinet hominem pœna, etiam quem jam ad damnationem ſempiternam reum non detinet culpa.

Abſit igitur indignitate noſtrâ, quantumvis magnâ, à miſericordiæ divinæ portu nos arceri & expelli patiamur; quin potius latronis hujus, Manaſsis, Davidis, Petri, Magdalenæ veſtigijs inſiſtentes, cum Bernhardo exclamemus: O Domine, perditè vixi, remitte mihi peccata mea: ſufficit mihi ad omnem juſticiam te ſolum habere

pro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

propitium, cui ſoli peccavi. Tertiò, fidei vivæ fructus ſe in eo exſerunt. Nam & blaſphemiam alterius latronis reprehendit; & teſtimonium innocentiæ Chriſto in cruce pendenti fert; & patienter pœnam ſuam ſuſtinet: deniq; Deum quem anteà contempſit, jam timere, colere, & obſervare incipit. De hac ejus pœnitentiâ quidam hæc memoriæ mandavit: Latro nullum membrũ à ſupplicio liberum habet, præter cor & linguam; totum quod liberum habet offert, corde credit, ore confitetur, fidem habuit qui regnaturum credidit, quem ſecum morientem vidit: Spem habuit, qui aditum poſtulavit; charitatem firmiter tenuit, qui latronem & de iniquitate arguit, & vitam, quam cognoverat, ei prædicavit.

Nunc de Chriſti, ad exaudiendam latronis orationem, promptitudine ſermonem inſtituemus. Duo autem hic expendenda veniunt, nempe jusjurandum Chriſti, & promiſsio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

miſsio ei addita. De juramento Chriſti ita Tertullianus: O beatos nos, inquit, quorum causâ jurat Deus, ô miſerrimos ſi nec juranti credimus. Pomiſsio hiſce continetur verbis: Hodie, inquit, mecum eris in paradiſo. Vides hîc & audis Deum nolle mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat: Ezech. 33. v. 11. Nemo itaq;, quantumvis magnus peccator, deſperet. Nam, ut Auguſt. inquit, major eſt Dei miſericordia, quã omnium hominũ miſeria: major eſt potentia filij Dei toto regno diaboli, peccato & morte.

Cavendum tamen hîc omnibus, quibus ſalus æterna eſt cordi, ne præfractè miſericordiâ Dei abutentes ad extremum vitæ halitum, receſſum à malo & acceſſum ad bonum differant. Nam, ut Auguſtini verbis utar, clementiſsimus Dominꝰ confugientibus ad pœnitentiã ignoſcit; ſed videndum tamen nobis eſt ne de miſericordiâ ſecuri exiſtẽtes,

pec-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

peccatis peccata augeamus, atque dicamus; Donec viget ætas, carnis noſtræ concupiſcentias exerceamus, poſtremò in ſenectute, malorum pœnitentiam acturi: Pius enim eſt Dominus & miſericors, nec ultra facinorum noſtrorum recordabitur. Et Bernhardus inquit: Infidelis eſt fiducia, ſoluis utiq; maledictionis capax, cum videlicet in ſpe peccamus, Sermo 3. in Annunciatio: Dominica.

Nunc ſpeciatim ſingula verba promiſsionis hujus enodabimus. Hodie, inquit Chriſtus; ut oſtendat animas ſtatim cum ex corporis ergaſtulo ſolvuntur, vel in æternum gaudium migrare, vel ad æternum cruciatum deferri. Luc. 16. v. 23. Huc illud Auguſtini; Omnes animæ cum de ſeculo exierint, diverſas receptiones habent, bonæ gaudium, malæ tormenta; ſed cum facta fuerit reſurrectio, & bonarum gaudium amplius erit, & malarum tor-

tormenta graviora, quando ſcilicet cum corpore torquebuntur.

Mecum, inquit, eris. Ubi igitur Chriſtus, ibi & animæ beatorum. Non enim eſt capiti ſeorſim locus deputatus à membris. Joan. 17. v. 14. Hinc conſolatio ampliſsima ad mitigandos omnes dolores, & tollendum mortis metum. Ut enim Scorpio, ſic mors ipſa præſens affert adverſus ſuum aculeum remedium. Intrepidè proinde cum Paulo dicamus: Cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto.

In Paradiſo, inquit, eris. Primus Adam lapſu ſuo & innocentiam & Paradiſi delitias ſibi & nobis perdidit, ac paradiſi hortum clauſit: Secundus Adam clave crucis & mortis ſuæ, cœleſtis horti fores reſerat, & Eccleſiam in vitæ æternæ poſſeſsionem introducit, ut gaudio æterno perfruatur, de quo 1. Cor. 2. v. 9. Et Bernhardus: Revera illud, inquit, ſolum & verum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

eſt gaudium, quod non de creaturâ, ſed de creatore concipitur, quod dum poſſederis nemo tollet à te, cui comparata omnis aliunde jucunditas mœror eſt, omnis ſuavitas dolor, omne dulce, amarum, omne decorum, fœdum.

Nam ut Alcuinus inquit: Ibi Deus ſanctorum erit ſatietas, vita, ſalus, virtus & copia, gloria & honor. Et ut Auguſt. ait, ibi ſanitas ſine infirmitate; pulchritudo ſine deformitate, jucunditas ſine mœrore, vita ſine morte erit. In Chriſto igitur paradiſum quæramus, in ejus cruce lignum vitæ, & in ejus meritis paradiſi gaudium & gloriam.

De quartâ parte.

Continet hæc quarta & ultima pars tria generatim expedienda videlicet. 1. Solis defectum & tenebras denſiſsimas. 2. quatuor noviſsima verba in cruce à Chriſto prolata. 3. Chriſti mortem ipſam.

De primo. A ſexta autem hora, inquit tenebræ factę &c. Solis hunc

defe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

defectum præternaturalem fuiſſe vel hinc convincitur, quod non in novilunio, ſed in plenilunio contra naturæ curſum acciderit. Rectè igitur hujus rei admiratione tenetur Bernhardus inquiens: Quis eſt cui compatiuntur cœlum & terra? Utiq; verus Deus & verus homo.

Uſus harum tenebrarum & obſcurationis ſolis in hiſce ferè ſitus eſt, ut agnoſcere diſcamus. 1. innocentiam Jeſu, quam ipſæ creaturæ, non ferentes miſerandum illum aſpectum, teſtatam faciunt & prædicant. 2. Dei offenſam in eos, qui, luce abjectâ, tenebras ſectantur. Nam tenebris hiſce ſignificatum eſt, irriſores & contemptores ſolis juſticię, (de quo Malach. 4. v. 2.) & Luce Evangelij privandos, (Amos 8. v. 11. 12.) & æternis tenebris adjudicandos. Sed tanta eſt ingenij humani pravitas & cordis durities, ut cũ reliquæ omnes creaturæ morte Chriſti nefandâ moveantur, & lugubres

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

gubres induentes veſtes quaſi ingemiſcant: ſolus homo, propter quē mundi opifex mortem oppetijt, eâ non afficiatur, ſed in delictis rideat & glorietur, donec tandem in æternas detrudatur tenebras. Impij illud Gregorij memoriâ tenere debent: Momentum eſt, quod delectat, æternum quod excruciat. Rogemus proinde Jeſum, ſolem illum juſticiæ, ne nos in tenebris perpetuis deſerat, neve lumen ſuum in cordibus noſtris obſcurari & extingui patiatur, ſed in vera fide illuminet & ad finem uſq; inculpatos conſervet.

De ſecundo, videlicet de quatuor verbis Chriſti ultimis, nunc verba faciamus.

1. Initio clamoris Chriſti in cruce fit mentio. Deus meus, Deus meus ut quid me dereliquiſti. Deprompta ſunt hæc verba ex Pſal. 22. v. 1. Notandum verò hìc in primis venit, hæc Chriſti verba non ex animo in deſperationis barathrum

immer-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

immerſo proficiſci, nec ab ulla indignatione, aut diffidentia promanare; ſed fidei cum carne luctam eſſe acerrimam, in qua Chriſtus verè ſenſit iram divinam & æternam maledictionem adverſus peccata totius mundi. Si enim Chriſtus certamini ſuccubuiſſet, nequaquam Deum, appellaſſet ſuum Deum. Clamat ergo Chriſtus, Deus meus cur me deſeruiſti, non quod eum unquam pater deſeruerit: Sed quoniam vadem ſe noſtrum patri obtulerat, divinitatem per aliquod tempus occultari oportuit, donec humanitas ea pertuliſſet, quæ noſtris peccatis in æternum promeriti eramus. De hac re ita Irenæus: Quẽadmodum fuit homo, inquit, ut tentaretur, ita etiam verbum ut glorificaretur: & quieſcebat quidem verbum dum tentaretur, crucifigeretur & mortem obiret. Homini aderat dum vinceret, ſuſti-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

neret, reſurgeret & in cœlum aſcenderet.

Uſus clamoris hujus in hiſce ſitus videtur.

1. Admonet nos hæc Chriſti lucta & clamor peccatum eſſe rem fœdam & deteſtandam in conſpectu Dei. Niſi enim Chriſtus ad tempus derelictus propter noſtra peccata fuiſſet, nos omnes in æternum à Deo deſerti & abjecti fuiſſemus. Cur igitur operibus carnis indulgentes hæc non tandem animo revolvunt? 2. Docet quid in graviſsimis tentationibus & mortis lucta ſit faciendum. Ut enim Chriſtus animum non deſpondet, ſed ad Deum ſuum oculos convertit: Sic & nos, cum animadvertimus nos ipſos tanto oneri ferendo prorſus impares fore, ad Deum noſtrum confugiamus, certò ſtatuentes, quicquid tandem caro ingerat de abjectione in cruce, Deum eſſe noſtrum Deum, qui non poſsit, nec velit nos in perpetuum deſerere. Eſa. 54. v. 7. 8.

Pati-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Patientiæ itaq; & fidei exemplum ex Chriſto ſumere diſcamus: Arma verò ad reſiſtendum ut Chriſtus ex Pſalmo: Sic tu ex ſacra ſcriptura depromere debes. Eph. 6. v. 13.

3. Efficaciſsima nos erigit conſolatione & de amore Jeſu & de miſericordia Dei. Chriſtus enim in eo declaravit amorem ſuum erga nos quod cum adhuc eſſemus inimici, pro nobis deſeri voluerit, ne ſcilicet nos in perpetuum deſereremur. Miſericordiæ autem Dei illuſtre exemplum in eo apparet, quod pater ut ſervos deſertos vindicaret, filium unigenitum deſeri voluerit. Huc illud NAZIANZENI: Chriſtus clamans in cruce, Deus meus, Deus meus, cur me deſeruiſti, in ſe ipſo noſtra repræſentat. Nam nos deſerti prius & deſpecti eramus, nunc autem aſſumpti & ſalvati: itaq; noſtram in ſe perſonam transferens his verbis precatur Chriſtus, quo naturæ noſtræ jus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

cum fiducia accedendi acquireret, cur me deſeruiſti. Hucuſq; de clamore Chriſti.

Sed age videamus porrò quomodo clamorem à Chriſto editum Judæi exceperint: Ecce, inquiunt quidam aſtantes, Eliam vocat &c. Tanta eſt permultorum impietas, ut non flectantur ullo iræ divinæ ſenſu ad reſipiſcentiam, ſed ſacroſanctum verbum in ſales & riſum convertant & dicterijs petant.

II. Deinde ut impleretur ſcriptura, dixit Chriſtus, Sitio. Quamvis naturales cauſæ ſitis hujus reddi poſſunt; Tamen aliquid anguſtius hîc latere manifeſtum fiet. Cauſas itaq; paulò altius repetamus.

1. Primò ſitivit Chriſtus, ut ſcripturæ veritas comprobaretur. Pſal. 69. v. 22. Felle & aceto potarunt me, 2. Ut conſtaret eum noſtram ſalutem deſiderare & ſitire. Matth. 11. v. 28. Eſa. 12. v. 3. Et 55. v. 1. 3. Ut exemplo conſtantiæ & abſtinentiæ nobis præiret. Non enim

opor-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

oportet nos ſtatim impatientiâ frangi, ſi præter deſiderium nos tractari contingat; ſed animo meditemur quid JEſu Chriſto acciderit, cum Jobo dicentes: Bonum à Domino accepimus, mala autem quare non ſuſtineamus? Abſtinentiæ quoq; exemplum hæc Chriſti ſitis nobis præbebit. Pudeat enim nos omni voluptatum genere diffluere, ſalvatore noſtro nil præter amara, propter dulcem Evæ morſum, deſiderante...

Cauſis ita expoſitis, quid Chriſto ſitienti obtulerint diſquiramus. Continuò, inquit, accurrens unus ex ijs, acceptam ſpongiam aceto implevit & arundini impoſuit. Chriſto eam denegant humanitatem, quam vel ſceleratiſs. ultrò offerrent. Sed vel ignari Dei decretum perficiunt; tantum abeſt, ut quicquam Chriſto ejuſve membris caſu accidere poſsit. Referunt autem ingrati Judæi mores & impie-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

tatem ſeculi hujus, à quo nil ferè ni-ſi acetum Deo ejuſq; filio porrigi-tur. Expectat quidem ille vineam ſuam vuas edituram, & ecce edit labruſcas Eſa. 5. v. 4.

Clamat adhuc Chriſtus ſeſe ſi-tire, ſed acetum porrigimus, dum meritum ejus cùm doctrinæ falſita-te tum omnis generis vitijs & faci-noribus, quantum quidem in nobis eſt, pedibus conculcamus. Eandem quoq; vocem in membris ſuis hodie edit, Ego ſitio, Ego eſurio, Ego nu-dus obambulo. Matth. 25. ver. 35. Sed maxima mundi pars divitis i-ſtius, de qua Luc. 16. v. 19. imita-ta exemplum, potius ad omnis ge-neris voluptates explendas, quàm ad ſitim Jeſu extinguendam, opes expendit & profundit. Recte La-ctantius, Multum intereſt, inquit, utrum pecuniam tuam perducto-res, aleatores, lenoneſq; diripiant, an eã pietati ac Deo præſtes; utrum-ve illam ventri ac gulæ ingeras, an in theſauro juſticiæ reponas. Imo

tam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

tam effrenis ac veſana quorundam eſt malitia, ut non modo Jeſu in miſerorum fratrum perſona eſurienti, ſitienti, algenti, oberranti, nihil ex ſuo conferant, ſed etiam per vim & fraudem, quicquid habeant miſeri & abjecti fratres Chriſti, ad ſuas voluptates exſaturandas, auferant: qui quidem omnes gloriâ illâ, de qua Matth. 25. v. 34. in extremo die indigni cenſebuntur.

III. Cum accepiſſet acetum dixit, conſummatum eſt. Hac Chriſti voce docemur nil ad ſalutis negotium prætermiſſum, ſed re ipſa, quicquid ad nos liberandos requirebatur, eſſe impletum. Reliquum igitur eſt, ut nos beneficia redemptionis vera fide amplectamur, & per mortis januam in vitam æternam, quam Chriſtus morte ſua nobis peperit, ingrediamur. Joan. 5. v. 24.

IV. Ultimum verbum à Chriſto in crucis ara prolatum, ex Pſal. 31, v. 6. decerptum eſt. Pater, inquit, in ma-

in manus tuas commendo ſpiritum meum.

De hac Chriſti oratione ita Athanaſius: cum in cruce dicit: pater in manus tuas depono ſpiritum meum, ſeſe ut homo Deo commendat, & in eo omnes homines (omnium intellige piorum animas) apud patrem deponit & commendat, ut intereà donec adveniat noviſsimus dies, apud Deum patrem feliciter vivant, per ipſum & in ipſo vivificandi. Membra enim illius ſumus, & multa iſta membra unum corpus ſunt, quod ipſum eſt Eccleſia.

Nos itaq; edocti exemplo Chriſti ſimiliter Deo patri animas noſtras commendare diſcamus, certo ſtatuentes hanc fratris noſtri commendationem non minus in cæterorum membrorum, quàm in capitis cauſa exauditam. Sic Act. 7. v. 59. hac ſpe fretus Stephanus animam patri cœleſti commendavit.

Hiſce ita generatim propoſitis:

nunc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

nunc ſingula verba enodare in animo eſt. Vox Patris oſtendit omnibus credentibus, per eximium illud adoptionis beneficium, aditum, etiam potiori jure, quàm ad parentes noſtros in hiſce terris, ad cœleſtem patrem patere. Chriſtus enim factus frater noſter tam gratum & ſuave patris jam reconciliati nomen fratribus ſuis commune fecit. Unde ipſe Chriſtus Joan. 20. v. 17. Aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrum. Hinc ſumma conſolatio peti poteſt. Eſa. 49. v. 15. Etiamſi enim mater filiorum obliviſcatur &c.

Secunda vox. (commendo) inſignem emphaſin habet. Significat enim idem quod depoſitum alicui committere, de cujus fide & conſcientia minimè dubitetur. Quis patre noſtro fidelior, cui animæ noſtræ commendantur? Animæ igitur noſtræ diſcedentes à corpore non intereunt, ſed in Dei patris

ver-

verſantur cuſtodia, corporibus in reſurrectione aſſociandæ. 1. Cor. 15. v. 21. 22.

In manus tuas, inquit: Vox conſolationis eſt pleniſsima. Animæ enim eorum, qui in Domino obdormierunt quaſi in brachijs ipſius Dei colliguntur & ſervantur. Cum igitur Pater noſter cœleſtis ulnas ſuas supernè expandit, animas in Chriſto morientium amplexaturus & ad ſe collecturus, non eſt quod mortem metuamus. Paſtor enim ille animarum noſtrarũ non patietur nos è ſuis eripi manibus, ſed collectos ad ſe in pace cuſtodiet & conſervabit.

De tertio membro videlicet de ipſa Chriſti morte. Et cum hæc dixiſſet, inclinato capite, tradidit ſpiritum. Ille, inquit, tradidit ſpiritum. Huc Joan. 10. v. 17. 18. Ego pono animam meam, ut eam rurſus aſſumam &c.

De fructibus mortis Chriſti ad nos emanantibus ſuprà in concio-

ne

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ne prima verba fecimus. Notanda ſaltem hic ſunt Auguſtini dicta memoratu dignißima. Nō poſſum, inquit, terreri multitudine peccatorū meornm, ſi mors Domini in mentē venerit, quia peccata mea illum vincere non poſſunt. Et alibi inquit; Inſpice vulnera pendentis, ſanguinem morientis, pretium redimentis. Corpus habet inclinatum ad oſculandum: brachia extenſa ad amplexandum, totum corpus expoſitū ad redimendum. Hæc quanta ſunt cogitate: Hæc in ſtatera cordis veſtri appendite, ut totus vobis figatur in corde, qui totus pro vobis fixus fuit in cruce. Huic igitur laus & honor in ſecula ſeculorum, Amen.

CONCIO DECIMA TERTIA.

Textus.

Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes &c. Videbunt quem transfixerunt.

De paßione Chr. ejuſq; morte diximus;

reliquum nunc eſt, ut quid Chriſto demortuo, ſtatim contigerit, animum advertamus.

Partes hujus concionis conſtitui poſſunt quatuor.

I. De quatuor ſignis inſolitis & admirandis.

II. De centurionis militumque ejus & turbæ ſubita converſione.

III. De mulieribus aſtantibus cruci Chriſti.

IV. De Judæorum hypocriſi, & milite latus Chriſti, mortalium vinculis exſoluti, lanceâ petente & aperiente.

De primâ parte.

Et ecce velum templi ſciſſum) Præter ſolis obſcurationem, cujus in proxima præcedenti concione mentionem fecimus, nunc quatuor alia non minus admiranda eduntur ſigna, quæ quidem, quamvis lingua deſtituuntur, apud homines tamen obſtinatos de Jeſu Chriſti innocentia, de ira Dei omnipotentis adverſus reprobos vel ſaxis ipſis rigidio-

gidiores; & mortis Jeſu ampliſsimo fructu in credentes omnes emanante, concionantur. Nam 1. Velum templi ſcinditur. 2. Terra contremiſcit. 3. Rupes franguntur. 4. Mortui reſurgunt. Qui igitur aſinæ Bileami, ad Dei gloriam & ejus confuſionem, os aperuit, is ſigna majori digna admiratione hîc edit, ut & Jeſu innocentiam cognoſcere, & iram Dei adverſus cordis noſtri duritiem extimeſcere, & in hunc eundem Jeſum crucifixum adverſus quaſlibet tentationes & inimicorum minas ſpem collocare, diſcamus. De hiſce itaq; quatuor ſignis nunc ordine ſermonem inſtituemus.

De primo ſigno. Velum templi, inquit, ſciſſum eſt. Hîc duo ſunt perpendenda, alterum de veli in tabernaculo uſu: alterum de cauſis cur hoc velum ruptum fuerit.

Quod ad veli ſpectat uſum; ſciendum eſt tabernaculum, ſicut &

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

poſteà templum Jeruſolymitanum, in plures diſtinctum fuiſſe partes, nempe in atrium, ſanctum, & ſanctum ſanctorũ. De templi atrio David paſsim in Pſal. loquitur. Quod ad ſanctum attinet, ſacerdotibus in eo ſacra facere ſingulis diebus permiſsũ erat: In ſanctũ verò ſanctorũ pontifex ſemel in anno ingrediebatur, nempe in propitiationis feſto, qua de re Heb. 9. v. 6. 7. In prius quidẽ tabernaculũ quovis tempore ingrediũtur ſacerdotes, qui ritus obeunt; in ſecundũ autẽ, ſemel quotannis ſolꝰ pontifex nõ ſine ſanguine, quẽ offert pro ſe ipſo & erratis. Velũ itaq; hoc quod deſtinatũ erat huic uſui, ut ſanctũ ſanctorũ à ſancto ſepararet, ac omni aditu ac viſu non modo populũ, ſed & ſacerdotes omnes, ſolo excepto pontifice, prohiberet, Chriſto expirante vitaque excedente, diſruptũ fuit. Nunc cauſas veli rupti diſquirere placet.

1. Prima cauſa fuit, ut hac veli ruptione leges illas ceremoniales, qui-

bus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

bus popul⁹ obſtringebatur, jam per Chriſti mortẽ ſublatas eſſe, palã fieret. Quicquid n. ceremonijs præfigurabatur iſtis, hoc totum jam in Chriſto impletum fuit, adeò ut umbris iſtis Moſaicis res ipſa jam ſucceſſerit.

2. Secunda, ut populus obſtinatus de templi & urbis extrema ſubverſione admoneretur. Nos igitur illorum edocti periculis ingratitudinem fugiamus, ne tandem, divinâ ſublatâ protectione, templa & urbes noſtræ ſubvertantur & diruantur.

3. Tertia cauſa fuit, ut jam univerſę Eccleſię aditũ in cœleſte ſanctuariũ patêre, & omne diſcrimẽ inter Judæos & gentes ſublatũ eſſe, liquidò cõſtaret. Gal. 3 v. 28. Act. 10. v. 34. Audacter itaq; per Chriſtum in gentem ſacerdotalem ſanctificati, ad thronum gratiæ accedamus. Nam veli hujus ruptio ſine ore ad Deum patrem omnes invitat.

De ſecundo ſigno. Terra, inquit, tremuit. Terra elementorum ſtabiliſsima hoc motu ſtupendo veluti gemitu apud Deum conqueritur ſeſe ad populum tam ſceleratum ſuſtinendum & alendum cogi, ac veniam quaſi homines tam nefandos abſorbendi ſibi dari petit. Sic Amos, cap. 8. v. 8. ad populum omni ſcelerum genere gravatum & cumulatum verba faciens, An non, inquit, ſuper hæc contremiſcet terra? Et lugebit omnis qui habitat in ea. Mirum profectò eſt terram ad extremum Dei contemptum & impietatem, quæ undiq; graſſatur, os ſuum non aperire & homines impietati totos deditos non abſorbere, quemadmodum Num. 16. v. 32. juſto Dei judicio factum legimus. Tantâ enim terra repleta & referta eſt iniquitate, ut quocunq; oculos circumferamus, nuſquam ſincera appareat pietas, adeò ut plus quàm admiratione dignum ſit, & omnino Dei longanimitati aſcribendum,

quod

quod oneri iſti ferendo diutius par eſſe poſsit; & habitatores ſuos aut vivos non abſorbeat, aut etiam eos non evomat, quemadmodum minatur Deus Lev. 20. v. 22. Siſte hîc, quæſo, gradum & animum adverte, quid populo huic non multò poſt acciderit. An non Deus irâ incenſus cum gladio Romanorum deleri & abſumi permiſit? Cur igitur alieno non ſapimus exemplo? Cur, terra nobis adhuc concionante, & toto mundo quaſi ſuſpirante. Rom. 8. v. 21. aures occludimus cordiq; callum obducimus, & non potius tremimus, ſuſpiramus & pœnæ mitigationem petimus?

De tertio ſigno. Petræ, inquit, ſciſsæ ſunt. Rupes diſsiliendo quodammodo ſeſe morte Chriſti moveri præ ſe ferunt: Reprobi vero Judæi alijq; præfracti homines, eâ animos & corda flecti aut commoveri non patiuntur. O ſaxea & adamantina corda. Quàm ſit iratus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Deus ijs qui in delictis perſeverant, non modo indies per verbi ſui miniſtros nos certiores facit; ſed etiã ex rebus natura ſua voce carentib9 præcones excitat, qui nos ſimul & de ira Dei adverſus peccata, & de pœna noſtris imminente capitibus admoneãt: Sed tanta eſt cordis noſtri durities, ut quid per verbum Deus ipſe inculcet, aut etiam ipſa conſcientia dictet, vel deniq; creaturæ rationis expertes, ſuadeãt, non curemus, aut magnifaciamus. Reſipiſcamus igitur ne & ipſę creaturæ ad vindictam & judicium Deum provocantes nobis litem intendant, & Deus ipſe iratus æternæ damnationi nos tandem addicat. Huc illud Chryſoſt. Conſidera ergo fidelis redempta anima, quis, qualis & quantus eſt, qui pro te pependit in cruce, cujus tranſitum & cœlum luget & terra, & lapides duri compaſſione ſcinduntur, cujus mors mortuos vivificat & quem omnis creatura Dominum ſuum confitetur. O

cor

cor humanũ, omniũ lapidũ duritiã
durius: ſi ad tanti cõmemorationẽ
piaculi, nec terrore percuteris, nec
cõpaſsione afficeris, nec cõpuncti-
one ſcinderis, nec pietate molliris.

De quarto ſigno. Et monumen-
ta, inquit, aperta ſunt, & multa cor-
pora ſanctorũ, qui dormierant, ſur-
rexerunt &c. Mors ipſa fit pręco po-
tentię Jeſu adverſꝰ induratos Judæ-
os. Nos ſingula hic ponderabimus.

Primò fit mentio ſepulchrorũ a-
pertorũ; qua re ſignificatur regnum
mortis morte Chriſti jam deſtructũ
eſſe. Oſeę 13.v.14.&1.Cor.15.v.54.
55. Deinde multa corpora ſanctorũ,
qui obdormierunt, vi ac efficaciã
mortis & reſurrectionis Chriſti re-
ſurrexiſſe dicũtur. Certiſsimũ reſur-
rectionis mortuorũ teſtimoniũ hîc
habemus. Oportet n. omnes nos
comparêre corã tribunali Chriſti, ut
unuſquiſq; reportet, quę in corpore
fecerit, cõgruẽter ad id quod fecerit
vel bonũ vel malum. 2. Cor. 5. v. 10.
Rom. 14. v. 10.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Tertullianus: Fiducia, inquit, Chriſtianorum eſt reſurrectio mortuorum. Simili autem elegantiſs. & ſcripturæ familiariſs. à dormientibus ſumpto, utitur. Quàm facilè enim fuerit patrifamilias ſomnum ſuaviſ. capientes excitare; tam facilè, imo multò facilius, erit Chriſto luce orbatos in vitam revocare, cum dixerit, ſurgite mortui & venite ad judicium. Huc Ambroſij illud: Quis, inquit, in Domini paſsione monumenta aperuit, manum reſurgentibus porrexit; viam quâ ſanctam civitatem peterent demonſtravit? Si nemo fuit, fuit itaq; vis divina, quæ operatur in corporibus mortuorum.

Sanctorum autem mentionem facit, ut oſtendatur glorioſam reſurrectionem ad eos ſolos ſpectare, qui in Chriſto ſanctificati in vera fide obdormierunt. Daniel. 12. verſu 2. 3.

Tertio, reſuſcitatos poſt Chriſti reſurrectionem in ſanctam civitatem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

tatem ingreſſos aſſerit. Quo ſignificatur omnes fideles poſt Chriſtum in verè ſanctam civitatem, cœleſtem illam Jeruſalem, tandem ingreſſuros, ibiq; cum Chriſto in perpetuum manſuros. 1. ad Theſ. 4. v. 16. Hieronymus: Chriſtus, inquit, primogenitus ex mortuis primitias maſſæ corporum noſtrorum quas in ſepulchro poſitas ſuſcitavit, pervexit ad cœlum, ſpem nobis reſurrectionis in reſurrectione proprij corporis tribuens, unde & omnes ſic ſperamus reſurgere ex mortuis, ſicut ille ſurrexit.

Notandum autem hic venit Jeruſalem, deploratæ malitiæ civitatem, ſanctam appellari, cùm quia ſanctis initiò dicata & conſecrata fuit uſibus, tum quia ſanctos eſſe eos Deus voluit.

De ſecundâ parte.

Centurio autem, qui ex adverſo ſtabat &c. Magnum quiddam eſt ad mortem Chriſti ſolem obſcu-

 ratum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ratum eſſe; terram contremuiſſe: rupes fractas: & monumenta aperta: ſed gratiæ & miſericordiæ pleniſsimum, quod irriſores Chriſti, audito ejus clamore & viſis ſignis iſtis, tanta cum reverentia Jeſum crucifixum agnoverint & celebrarint.

Conſideranda hîc tria occurrunt. 1. Centurio cum ſuis aſſeclis, & turba. 2. Occaſio converſionis eorum. 3. Pœnitentia & confeſsio.

Primò fit mentio perſonarum videlicet ipſius Centurionis, hominis Ethnici: militũ qui anteà Chriſtum flagellis omniq; contumeliarum genere affecerunt: & turbæ ipſius, quæ toties ut Chriſtus in crucem ageretur, petijt. In cruce latro pendens ad Chriſtum converſus fuit: nunc qui anteà Chriſti viventis carnifices erant, ejus primi confeſſores redduntur. Fidus itaq; hic eſt ſermo & modis omnibus dignus quem amplectamur, quod Chriſtus Jeſus venit in mundum, ut peccatores ſervaret, quorum primus ſum ego,

go, I. ad Tim. I. v. 15. Huc ſimile Auguſtini: Quemadmodum Roma, inquit, principio habitata fuit, libertate ac impunitate à Remo & Romulo quibuſvis ſontibus & ſceleratis hominibus, qui eam incolere vellent, propoſita: Ita Eccleſia collecta eſt ex quibuſvis nationibꝰ hominum, per univerſalem peccatorum remiſsionem erga omnes, qui ingreſsi in ea permaneant, dummodo veniam precentur, ac ſolâ miſericordiâ Dei & merito filij eam ſe impetraturos confidant. Deinde qua occaſione ad Chriſtum cõverſi fuerit, ſignificatur. Nã clamore Jeſu audito, & viſis ſignis iſtis ſtupendis, cõfeſsionẽ Jeſu, qua ſe in Pilati prætorio filium Dei profeſſꝰ eſt, hoſtes Chr. animo repetere incipiunt: quã q́; magnũ & nefandũ patrarint delictũ hunc crucifigẽdo, animo ſecum meditãtur: & rurſũ oratione Jeſu ꝓ inimicis in ara crucis effuſa, cõſideratâ, ſpẽ gratię apud filium Dei con-

ſequendæ, concipiunt. Cum itaq; nos & vivâ Jeſu Chriſti voce, & ſignis admirandis ad reſipiſcentiam invitemur, occaſionem oblatam non reſpuamus, ne ipſis Chriſti crucifixoribus duriores in extremo judicij die judicemur.

Tertio loco pœnitentia & confeſsio horum hominum deſcribitur. 1. Centurio, & qui cum eo erant cuſtodientes Jeſum, timore magno perculſi ſunt. Adeſt itaq; in animo illorum ob peccata compunctio & dolor. Sic Act. 2. v. 37. Audita concione Petri animo compuncti dicuntur.

2. Glorificant Deum dicentes, verè hic homo juſtus erat & filius Dei. Ecce ut majeſtas ac gloria filij Dei tum maximè emergit & elucet, cum prorſus Chriſtus extinctus videretur. Nos igitur, qui in fratres ejus adoptati ſumus, in rebus maximè deſperatis benè etiam ſperare diſcamus.

Sed confeſsionem eorum audiamus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

amus. Quoad perſonam ejus ſpe-
ctat, eum non modo nudum confi-
tentur hominem, ſed & viventis
Dei filium. Innocentiæ teſtimoni-
um Chriſto quoq; ferunt, &, dubio
procul, cum pro peccatis totius
mundi hoſtiam factum agnoſcunt.
2. Cor. 5. v. 21. Magnam oportet
innocentiæ vim eſſe, quam, Chri-
ſto jam vivis exempto, ejus hoſtes
tam forti infractoq; animo vindi-
cant.

3. Percutientes pectora ſua re-
vertebantur. Ut timorem ex animo
contrito profectum conſtet, pectus
percutiunt, volentes ſignificare &
animi ſui dolorem, & ſeſe, ſi Deus
eos in jus vocaverit ſeveriterque
cum ijs agere conſtituerit, perpetu-
is dignos plagis & cruciatibus. Sic
publicanus Luc. 18. v. 13. pectus
percuſsiſſe dicitur. Nos quoq; illo-
rum edocti exemplo dicamus cum
Davide ex Pſalmo 143. v. 2. Ne in-
tres in judicium cum ſervo tuo,
quia

quia non juſtificabitur in conſpectu tuo ullus vivens. Reverti autem dicuntur, ut ſcilicet intelligas eos jam mentem mutaſſe ac novum hominem induiſſe.

Miſericordia enim Dei ijs ſolis patet, qui ſeriâ ducuntur pœnitentiâ, caventes ne denuo ſub jugum peccati redigantur. Rom. 6. verſu 12. &c.

Hic Bernhardi de pœnitentia ſententiam aſcribere placet. Auditam fac mihi, inquit, manè miſericordiam tuã, quia in te ſperavi Domine, ſola nimirum ſpes apud te miſerationis locum obtinet, nec oleum miſericordię, niſi in vaſe fiducię ponis: Sed eſt infidelis fiducia, ſolius utique maledictionis capax, cum videlicet in ſpe peccamus. Quanquam nec fiducia illa dicenda ſit, ſed inſenſibilitas quædam & diſsimulatio pernicioſa. Quæ enim fiducia eſt ei, qui periculum non attendit? aut quod ibi timoris remedium, ubi nec timor ſentitur, nec

mate-

materia ipſa (peccatum intellige) timoris: Fiducia ſolatium eſt, nec eget ille ſolatio, qui lætatur cum malefecerit, & in peſsimis rebus magis exultat. Rogemus itaq; fratres, reſponderi nobis, quantas habeamus iniquitates & peccata, ſcelera noſtra nobis oſtendi deſideremus: ſcrutemur vias noſtras & ſtudia noſtra periculaq; univerſa vigili intentatione penſemus. Dicat quiſquis in pavore ſuo, vadam ad portas inferni, ut jam non niſi in ſola Dei miſericordia reſpiremus. Hæc vera hominis fiducia eſt à ſe deficientis, & innitentis Domino ſuo. Hæc, inquam, vera fiducia eſt, cui miſericordia non denegatur, propheta teſtante: Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum, & in his qui ſperant ſuper miſericordia ejus. Nec parva utiq; ſuppetit nobis, in nobis quidem cauſa timoris, in ipſo autem cauſa fiduciæ. Hæc ille.

De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

De tertia parte.

Mulieres quæ in vita Chriſtum ſequutæ erant, eum in extrema calamitate poſitum deſerendum non duxerunt: ſed adhuc magna cum reverentia colunt, & ab eo in cruce pendente ægrè avelli ſe patiuntur. Nos hîc ſingula, quæ in harum mulierum laudem referuntur, paulò altius repetamus.

Primò conſtantiæ & amoris erga Chriſtum laude condecorantur. Non enim deficiunt à Chriſto extremis probris in cruce expoſito, ſed magna animi conſtantia cruci aſtantes animum benevolum erga eum declarant.

Certè non dubium eſt fidem illarum maximis tentationum procellis objectam fuiſſe, quod ita viderent magiſtrum ſuum à nefandis iſtis tractari hominibus: Sed ſpiritu Dei adjutæ omnes tentationes magna animi conſtantia amore Chriſti ſuſtinent & vincunt. Nos itaq; mulierum invitati exemplo non patia-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

patiamur ullis mundi minis, aut Satanæ tentationibus nos ita deterreri, ut Chriſti profeſsionem abjiciamus: quin potius ad mortem uſque eum comitari non deſiſtamus, ut tandem, exacto vitæ hujus curriculo, coronâ omnibns fidelibus repoſitâ ornemur. 2. ad Tim. 4. verſu 7. 8.

Quod autē noti & amici Chriſti à longè ſtare dicantur, pondere ſuo carere non videtur. Utut enim nobis vinculo amicitiæ conjuncti ſunt homines: tamen in maximis calamitatibus ita erga nos ſunt affecti, ut potius à longè videre noſtras calamitates, quàm eaſdem nobiſcum ſuſtinere velint.

Deinde ab officijs charitatis, quibus Chriſtum proſecuti ſunt, commendantur: miniſtraverant, inquit, ei, ſcilicet de facultatibus ſuis Luc. 8. v. 2. 3. Primò hinc diſce, quàm fuerit ſtatus Jeſu Chriſti in hac vita miſer & abjectus. Qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

enim omnibus vitæ neceſſaria ſuppetit, tantâ rerum premitur penuriâ, ut quo ſe ſuſtentet ipſe non habeat, ſed aliorum ſubſidio & miniſterio egeat. Cauſa hujus tantæ paupertatis primaria. 2. Cor. 8. v. 9. ob oculos ponitur: Noſtis, inquit, beneficentiam Domini Jeſu Chriſti, quod propter vos pauper factus ſit, cum eſſet dives, ut vos illius paupertate diteſceretis. Si itaq; terrena bona nobis denegaverit Deus, atq; cum miſero illo Lazaro aliorum ope & auxilio egere voluerit, nos Jeſu Chriſti fratres eſſe meminerimus: Et Johannis ac Petri nõ habentium unde ſtipem illi pauperi claudo erogarent. Act. 3. verſu 6. & Pauli, qui labore manuum ſibi in diem ſæpè victum quæſivit. Act. 18. verſu 3. & 1. Cor. 4. verſu 10. 11. Conſortes eſſe, memoriâ tenebimus. Deinde mulieres, Chriſto de facultatibus ſuis miniſtrantes, exemplo liberalitatis erga Jeſum ejuſq; miniſtros exercen-

cendæ nobis præeunt. Huc mandatum Pauli. 1. Tim. 5. v. 17. 18. Qui benè præſunt presbyteri duplici honore digni habentor: maximè qui laborant in ſermone & doctrina. Dicit enim ſcriptura, Bovi trituranti non obligabis os. Et, dignus eſt operarius mercede ſua. Plura de beneficẽtia in pauperes vide Deut. 15. v. 11. Eſa. 58. v. 7. 8. 9. 10. 11.

Baſilij illud huc aſcribere placet. Melius eſt, inquit, innumeræ prolis patrem vocari, quàm ſtateres innumeros habere in loculis. Pecunias enim hìc vel invitus relinques: gloriam verò bonorum operũ deferes ad Dominum. Et cum totus populus apud communẽ judicem te circumdans appellaverit ſuum altorem, benefactorem, & omnibus benignitati proprijs nominibus, Deus erit qui te ſuſcipiet, angeli collaudabũt, & homines à condito mundo beatũ te prædicabunt: ibi æterna gloria, corona juſticiæ, & regnum cœleſte,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

præmium tuum erunt: Et alius quidam: Nudum, inquit, ſi videris, veſtito: honorans immortale tuum indumentum, quod eſt Chriſtus. Nam quotquot in Chriſto baptizati ſumus, Chriſtum induimus.

Tertiò mulierum, quæ Chriſto morienti affuerunt, nomina exprimuntur; quo ſignificatur piorum & fidelium nomina in ſempiternâ apud Deum futura eſſe memoriâ.

De quarta parte.

Judæi ergo, quoniam paraſceve erat &c. Tria hìc expendenda offeruntur.

1. Petitio Judæorum à Pilato, ut ſcilicet ejus veniâ liceat crura illorum frangere, qui in crucem ſublati erant. 2. Militis factum. 3. Evangeliſtæ de hoc toto negotio teſtimonium.

De primo. Petierunt Judæi à Pilato eumq; rogarunt ut crura illorum, qui cruci erant affixi, frangerentur, ijq; auferrentur. Cauſa petitionis hujus erat, ne, ſi in cruce eos pende-

pendere permitterent, legem de ſuſpenſis eodem die ſepeliendis, violaſſe judicarentur: de qua Deut. 21. v. 23. Si quem ob capitale crimen ſupplicio affeceritis & in crucem egeritis, ejus cadaver in cruce ne pernoctato, ſed id eodem die, ſepelitote. Sed amentes Judæi in Sabbatum religioſi videri volebant; de Chriſto tam nefariè è medio ſublato nullâ curâ tanguntur. Sic hypocritæ quæ graviora ſunt legis, judicium & miſericordiam ac fidem omittunt. Matth. 23. v. 23.

Pilatus, cognitis poſtulatis, facilè petitioni illorum locum reliquit. Milites autem ad crucem venientes, Jeſum jam è vivis exceſsiſſe vident, ideo ejus crura frangenda non ducunt. Factum eſt hoc ut typum impletum conſtaret, de quo Exod. 12. v. 46. Erat enim agnus paſchalis, cujus crura ex lege divina non comminuebantur, umbra ſeu typus Chriſti, qua de re. 1. Cor.

 5. v. 7.

5. verſ. 7. Etenim paſcha noſtrum pro nobis ſacrificatum eſt, nempe Chriſtus.

Conſolatione quoq; refertiſſimum eſt, quod Chriſto crura non fracta fuerint. Nam ut Chriſtus in cruce quidem expiravit, & lanceâ confoditur, crura autem ejus non franguntur: Ita Eccleſia, quæ eſt ſpirituale corpus Chriſti, affligitur quidem & varijs calamitatibus confoditur, ſed oſſa ejus, hoc eſt firma ac conſtantia membra Eccleſiæ penitus non franguntur; ſed ad perpetuum gaudium & fœlicitatem conſervantur. Multæ enim ſunt tribulationes juſtificatorum, ſed de omnibus his liberavit eos Dominus.

De ſecundo. Miles, inquit, Chriſti latus lanceâ pupugit & continuo exijt ſanguis & aqua. Hìc tria rurſum conſideranda occurrunt. 1. Factum militis. 2. Cauſæ facti hujus. 3. Effectum.

De primo videlicet de ipſo militis

tis facto. Miles, inquit Johãnes, lanceâ latus Chriſti fodit. Cujus animum anteà obſtinati Judæi contumeliarum & blaſphemiarum aculeis pupugerunt: Ejus jam vitâ privati latus miles ferox lanceâ fodit. Nunquam enim impij piorum ſupplicijs explentur & ſatiantur. Sed diſquiramus an ſolus hic miles tantæ ferocitatis & ſævitiæ inſimulandus, an verò in noſtrum caput hoc facinus quoq; recidat & redundet. Quamvis Jeſus Chriſtus, ad dexteram Dei patris ſedens, non amplius jam ſit in poteſtate hominum, iterum ab ijs deridendus, crucifigendus, & transfodiendus. Rom. 6. v. 9. Tamen humano more ſeſe hominum ſceleribus, & præſertim obſtinato verbi divini contemptu, dirideri, crucifigi & transfodi conqueritur. Sic ipſe Deus Malach. 3. v. 8. in decimis & honorarijs ſeſe configi, hoc eſt, defraudari, expoſtulat & queritur. Sic Zachar. 2. v. 8.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Qui vos tangit, tangit pupillam Oculi mei. Et Act. 9. v. 4. Chriſtus ipſe perſecutiones fidelibus illatas ſibi acceptas refert; Saul, Saul, inquit, quid ME perſequeris. Qui autem ita ſceleratas ſuas manus in Chriſti membra vibrant, in extremo judicij die ſuæ tyrannidis extremas tandem luent pœnas. Apo. 1. v. 7. Neque tantum qui injuriam Chriſti membris inferunt, Chriſtum pungere judicantur: Sed & ij maximè in his cenſendi, qui ne os quidem aperiunt, quin blaſphemas in Deum voces evomant, & dejerantes dirisq; cùm ſe ipſos tùm alios perſequentes vulnera Chriſti refricent. De Turcis memoriæ proditum eſt, quod non ferant Jeſum, quem pro inſigni habent Propheta, impunè blaſphemis peti vocibus: Sed inter nos, qui Chriſtum profitemur, quis pœnam blaſphemiæ ab aliquo repetit?

De ſecundo, videlicet de cauſa facti hujus. Militis animum ſi ſpectes,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ctes, veritati conſentaneum eſt, e-
um quidem latus Chriſti pupugiſſe,
vel ut periculum faceret, an Chri-
ſtus revera vitam cum morte com-
mutaſſet: vel etiam ut furore agita-
tus extremam rabiem in Chriſtum
jam mortuum effunderet. At ſi a-
nimum & mentem ad Dei contem-
plandam providentiam adjeceris,
id ſine longè ab hiſce diverſo factū
reipſa experieris. Nam ideo fieri
hoc oportuit, ut quæ Zacharias
cap. 12. v. 10. literis monimentiſq;
conſignarat ſuis, perfecta eſſe con-
ſtaret. Videbunt, inquit, quem
pupugerunt. Cum itaq; omnia ho-
ſtium conſilia & facta divinæ po-
tentiæ & providentiæ ita ſubjecta
ſint, ut ad ea perficienda quæ De-
us ſtatuit, vel inviti, aut ignari a-
gantur; Abſit illorum minis nos ter-
reri patiamur, aut etiam animum
abjiciamus, ſi quando viſum fuerit
Deo nos cruce & calamitatibus
probare & exercere; quin potius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Dei celebremus potentiam & providentiam, quia omnia ad ſui nominis gloriam & ſalutem diſponere & diſpenſare novit.

Dicti porrò prophetici explicationem ex ijs qui ex profeſſo Zachariam commentarijs illuſtrarunt ſuis, petere licet.

De tertio videlicet de effecto, hoc eſt, de ſanguinis & aquæ ex Chriſti latere effluxione: Quod ex latere Chriſti jam demortui ſanguis & aqua effluxerit myſterio non caret. Ut enim Moſe percutiente petram, aqua ad reficiendum populũ ex ea emanavit: Sic ex latere Jeſu ſanguis & aqua ad refrigerandum univerſum mundum exijt. (Num. 20. v. 11. 1. Cor. 10. v. 4.)

Et Auguſtinus. In exordio, inquit, generis humani de latere viri dormientis coſta detracta eſt, ut fœmina fieret; (Chriſtum & Eccleſiam jam tum tali facto prophetari decebat.) Sopor quippe ille viri, mors erat Chriſti, hujus exanimis

in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

in cruce pendentis latus lanceâ perforatum eſt; atq; inde ſanguis & aqua profluxit, quæ ſacramenta eſſe novimus quibus ædificatur Eccleſia. Senſus Auguſtini hic eſt: Quemadmodum ex Adæ dormientis coſtâ ſponſa ejus formatur, ſic ex ſanguine promanante ex latere Chriſti vivificatur Eccleſia & aqua purgatur: Et ſicuti Chriſtus in cruce quidem moritur, verè tamen vivit: Ita & in Chriſtum credentes etiamſi moriantur, in ipſo tamen vivunt.

Nos hinc conſolationem ad conſcientiæ vulnera ſananda, & admonitionem ad cavenda peccata extruamus. Sanguis ex Chriſti emanans latere eſt quaſi quoddam lavacrum, quo animæ noſtræ à labe interna abluuntur & purgantur. 1. Johan. 1. verſu 7. Sanguis Jeſu Chriſti purgat nos ab omni peccato. Hebr. 9. v. 13.

Nam

Nam ſi ſanguis taurorum & hircorum & cinis juvencæ aſpergens inquinatos, ſanctificat ad carnis puritatem: quantò magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum æternum ſe ipſum obtulit inculpatum Deo, purgabit conſcientiam veſtram à mortuis operibus, ad ſerviendum Deo vivo. Huc illud Juſtini Martyris: In Ægypto, inquit, cum interimerentur primogenita, quotquot eam cladem evaſerunt, ſervati ſunt per ſanguinem, quo poſtes tingebantur: Et ſicut in Ægypto paſchalis ſanguis fuit ſalutifer: Sic Chriſti ſanguis credentes è morte eripiet. Et Bernhardus: Suffeciſſet, inquit, ad redemptionem orbis una pretioſiſsimi ſanguinis Chriſti gutta; Sed data eſt copia, ut in beneficij recordationem virtus diligentis clareſceret: Copioſa enim apud eum redemptio. Dicat itaq; unuſquiſque in Chriſtum credens cum Auguſtino: In omnibus adverſitatibus non inveni tam efficax remedium,

quàm

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

quàm vulnera Chriſti; in illis dormio ſecurus & requieſco intrepidus. Quid hac re ad conſcientiæ vulnera ſananda efficacius?

Rurſum ſanguis è latere Chriſti profluens nos in officio retinere & à peccandi libidine retrahere debet. Ideo enim ſanguine ſuo nos purgavit Jeſus, ut Deo in juſticia & ſanctitate ſerviremus. Ad Titum 2. v. 11. Quanto putatis acerbiore ſupplicio dignus cenſebitur, qui filium Dei conculcarit, & ſanguinem fœderis, per quem fuerat ſanctificatus, prophanum duxerit, & ſpiritum gratiæ contumeliâ affecerit? Heb. 10. v. 29.

Verùm cum in hac mundi fece ſine omni labe vitam traducere non poſsimus, ſed quotidie carnis fragilitate vel ſepties labamur, ad fontem miſericordiæ divinæ accedere oportet, orantes cum Davide ex Pſal. 51. v. 8. Purifica me hiſſopo

& mun-

& mundabor, lava me & præ nive dealbabor. Hucuſque de militis facto.

Tertio nunc loco reliquum eſt, ut Evangeliſtę teſtimonium de hoc toto negotio audiamus & examinemus.

Et qui vidit, inquit Johannes, teſtatur, & verum eſt teſtimonium ejus: ille enim ſcit ſe vera dicere, ut & vos credatis. Ne quis forte hiſtoriam hanc in dubium vocare poſsit: Evangeliſta ſe non aliunde accepta, ſed viſa monumentis conſignare ſuis, teſtatur. Duo hîc notanda ſunt. Primò cõmendatur nobis hiſtoriæ hujus veritas. Deinde miniſtri verbi divini ſui admonentur officij, quod in hiſce ferè ſitum eſt; Primò ut ea tantum ſuis inculcent auditoribus, aut aliàs literis mandent, quæ comperta habent. Sic Joan. 3. v. 11. Chriſtus ipſe inquit; Amen dico tibi quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur. 2. Pet. 1. v. 16. Non arte compoſitas

fabu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

fabulas ſequuti, notam vobis fecimus Domini noſtri Jeſu Chriſti potentiam & adventum, ſed ut qui oculis noſtris aſpeximus illius majeſtatem. Deinde ut exemplo Joannis hunc ſcopum in omnibus ſuis concionibus ſpectent, ut auditores etiam cognitione veritatis imbuti in Chriſtum credant, & credentes æterna donentur ſalute, Cujus ut participes reddamur, per D. N. J. C. oramus, Amen.

CONCIO DECIMA quarta de ſepultura Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Textus.

Poſt hæc autem cum ſerò factum eſſet, quoniam erat paraſceve, quæ præcedit Sabbatum, venit Ioſeph. &c.

Illi

Illi autem abeuntes munierunt ſepulchrum, obſignantes lapidem adhibitis cuſtodibus.

Hiſtoriam Paſsionis D. N. J. C. ſuperioribus tredecim concionibus explicavimus: Reliquum nunc eſt, ut ultimum exinanitionis Chriſti gradum, qui ſepulturam ejus cõplectitur, enarrandum & exponendum ſumamus. Chriſto enim in ara crucis demortuo, Joſephus, vir pietate reliquiſq; virtutibus præſtantiſsimus, à Pilato petit, ut ſibi liceat ejus veniâ corpus Chriſti è cruce detractum, terræ mandare.

Quod Pilatus, morte Chriſti à Centurione cognitâ, ei denegandum non ſtatuit. Joſephus itaque unà cum Nicodemo, pro eo quo Chriſtum, etiam vitâ orbatum, amore proſequebatur, corpus ejus myrrhâ & aloë unctum & perfuſum atq; linteo mundo involutum, in ſepulcro, quod lapidi inciſum ſibi parari curaverat, honorificè condit; advolutoq; ad ejuſdem monumenti

menti oſtium lapide, diſceſsit. Mulieres autem, quæ ſe comites ex Galilæa Chriſto præbuerant, ut & illæ, Sabbato exacto, Jeſum unguentis ungerent, quo in loco corpus ejus poneretur, quàm diligentiſsimè conſiderarunt. Hiſce autem confectis, Phariſæi invidiâ & malevolentiâ exſtimulati & excæcati ut Chriſti reſurrectionem, quam & Prophetæ prædixerant, & Chriſtus ipſe ſæpius inculcarat, impedirent & tardarent, poſtero die impetratâ & acceptâ à Pilato veniâ, ſepulcrum ejus cuſtodiâ muniverunt, & lapidem ſepulcro impoſitum obſignaverunt. Atq; ita mors D. N. J. C. quæ eſt unicum ſalutis noſtræ fundamentum, ejuſdem etiam ſepulturâ comprobatur.

Partes concionis hujus principes erunt tres.

I. De ſepulturâ Chriſti ejuſq; circumſtantijs.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

II. De mulieribus è regione ſepulcri Chriſti ſedentibus.

III. De hoſtium Chriſti extremâ & immedicabili invidiâ.

De primâ parte.

Poſt hæc cum ſerò factum eſſet, &c.

In hac prima parte plura conſideranda & enucleanda proponuntur, videlicet. 1. Deſcriptio Joſephi. 2. Ejuſdem à Pilato petitio. 3. Joſephi prænominati & Nicodemi clarum facinus. 4. Ipſa Jeſu Chriſti ſepultura.

1. De primo. Quod ad Joſephi attinet deſcriptionem, eam Evangeliſtæ tribus præcipuè argumentis ante oculos ſtatuunt. Deſcribunt enim Joſephum. 1. à patria. 2. à fortunæ bonis. 3. ab officio ac virtutibus magiſtratum magnoperè ornantibus.

1. Patriam Joſephi ſi ſpectes, ab Arimathia oriundus fuiſſe fertur olim Ramatha dicta, ex qua & Samuelem originem duxiſſe, accepimus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

mus. Senator Arimathienſis, neglecto periculo & fortunarum & capitis ſui, Chriſto funus facere decrevit: At Jeruſolymitani, quos Deus tantis affecerat & ornarat beneficijs, quanta in nullam aliam gentem contulit, nullâ filij Dei unigeniti, in cruce pendentis, curâ tanguntur. Ita qui plurima à Deo acceperunt beneficia, ingratiſsimi in eum eſſe conſueverunt.

2. Divitijs quoque affluxiſſe Joſephus dicitur. Divitiæ igitur per ſe neminem à miſericordiæ divinæ portu & perfugio excludunt; Sed divitibus æquè ac pauperibus delectatur Deus, modo omnem ſpem ac fiduciam in eum collocent, ac divitijs ita utantur ſuis, ut æquale probitatis vitæque integritatis cum Joſepho teſtimonium ab omnibus rectè judicantibus, ipſis tribuatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

3. Ad officij ejus dignitatem contemplandam, ſi animum convertamus, eum ſenatorem egiſſe conſtat. In quo magiſtratu ſeſe ita geſsit, ut probitatis, juſticiæ, honeſtatis, fortitudinis & pietatis teſtimonium à ſpiritu ſancto amplisſimum acceperit.

Nos hîc videamus, quomodo ij qui in Repub. eminent, aut dominantur & rerum potiuntur, Joſephi hujus virtutes cùm politicas tùm ſpirituales in imitationem trahere debent.

1. Joſephus honeſtatis titulo ornatur: quo eum inculpatam traduxiſſe vitam, ſignificatur; ita ut honeſtis ac moderatis præditus moribus fuerit, dictis aut factis neminem offenderit, &, ut paucis dicam, bono exemplo civibus ſuis præiverit. Hanc in moribus, dictis & factis moderationem, omnes eos, qui Rempub. gerunt & adminiſtrant, aut aliâs in ſedem honoris & dignitatis aſcenderunt, ſequi decet. Nã

quo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

quo in eminentiori dignitatis loco quis conſtitutus fuerit, eò intolerabilius exiſtimabit, ſi quid ſe ſuoque officio indignum commiſerit. Cornelium Rufinum, Valerio Maximo referente, duobus conſulatibus & dictaturâ ſpecioſiſsimè functum, Fabricius Lucinus, cenſor, à ſenatorio ordine removendum judicavit, quod decem pondo vaſa argentea comparando, luxus nimij exemplum præbuiſſet. Igitur Dionis Romani illud perpetuâ digniſsimum memoriâ judico: Quæ velis eos, qui ſub tuo ſunt imperio, & ſentire & agere, eadem tu & loquitor & facito: Sic enim eos facilius inſtitueris, quàm ijs, quæ legibus conſtituuntur, ſupplicijs. Illud enim æmulationem, hoc terrorem habet. Et facilius quis optima imitatur, quæ videt opere fieri, quàm cavet peſsima, quæ audit verbo vetari.

2. Bonitatis & probitatis teſtimonium Joſepho etiam tribuitur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Sed diſquiramus, quis dignus hoc titulo cenſendus eſt? Qui cum poſſit, nemini nocet, ſed multis prodeſt. Bonus enim magiſtratus non debet eſſe alio erga ſuos ſubditos affectus animo, quàm parens erga liberos. Rectè enim ille: Nihil eſt, inquit, quod ſic magiſtratum oſtendit, ut amor & benevolentia erga eos qui ſunt ſub ipſius imperio. Et Leo imperator ejus nominis primus: Sicut ſol, ait, cunctis quæ illuſtrat nonnihil impertit caloris: Sic principem par eſt eos ſuâ dignari miſericordiâ, quos contuetur. Auguſtus imperator, atteſtante Suetonio, univerſos ſubditos non aliter quàm membra parteſq; corporis ſui complexus eſt, nec Dominus dici voluit, ſed pater patriæ, ut ipſo nomine probitatem, non poteſtatem, præ ſe ferret.

Unde Philo: Decet, inquit, regem nulla re magis gaudere & delectari, quàm ſuâ erga ſubditos beneficentiâ. Qui igitur in Repub.

ſum-

ſummum obtinent imperium, de omnibus bene mereri ſtudebunt, ut patres patriæ & boni viri fuiſſe, etiam poſt mortem, perhibeantur. Memoriam perpetuam veteris verſus magiſtratum gerentes conſervare debent: Tu civem patremque geres, tu conſule cunctis, Non tibi: Nec tua te moveant, ſed publica damna. Hoc enim, ut ex Patribus quidam dixit, differt Tyrannus à rege, quod ille ſua undecunque parat commoda: Hic eorum, quibus præeſt, quærit utilitatem.

3. Joſephus à juſticia commendatur. Hæc enim unicuiq; quod ſuum eſt, tribuit. De hac re in hanc ſententiam Euripides: Boni viri, inquit, officium eſt juſticiæ inſervire, & malos ubique ſemper malis afficere. Magiſtratus igitur juſticiæ lege tenetur, ut malè agentes coërceat & reprimat; Injuriâ affectos vindicet; afflictos &

 pau-

pauperes juvet & promoveat; Deniq; perſonas in judicio non reſpiciat. De Agide memoriæ traditum eſt, quod is parentibus eum rogantibus, ut ſibi in re quapiam injuſtâ adeſſet, recuſarit illis aliquandiu. Cæterum cum inſtarent, in hunc modum reſpondit: Donec eſſem apud vos, nullam tenebam injuſticiæ ſcientiam; Verum ubi me patriæ tradidiſtis patriæq; legibus, inſuper & juſticiam & honeſtatem pro viribus docuiſtis, conabor huic magis obtemperare, quàm vobis. Et quandoquidem hæc eſt veſtra voluntas, ut quæ ſunt optima faciam, optima verò ſunt, quæ juſta ſunt, cùm homini privato, tum pręcipuè principatum gerenti, quæ vultis faciam, quæ dicitis negabo.

4. Fortitudinis laude celebratur Joſephus, quod videlicet Judæorum conſilio impio, de Chriſto in crucem agendo, ſuffragium non dederit. Boni itaq; magiſtratus & ſenatoris officium in eo quoq; ſitum

tum

tum eſt, ut non modo ille contra juſticiæ leges nil ſtatuat, ſed & ne injuſta exerceantur judicia, pro virili parte impediat; non diſsimulans ſi quicquam contra jus & æquum fieri animadvertat. Nam non ſolum qui mala faciunt, morte digni ſunt, ſed qui facientibus aſſentiuntur. Rom. 1. v. 32. Neq; extra omnem ſunt culpam, qui ſe aliquando judicijs ſubtrahunt, ne cauſæ dijudicationi, in qua ſententiæ in aliquam injuſticiæ ſpeciem inclinare videantur, intereſſe cogantur. Nam magiſtratus officium requirit, ut non modo ab omni aſſenſu, in iniquis judicijs ferendis, ſe ſuſtineat; ſed & approbantibus malum fortiter reſiſtat, ac infeſtiſsima odia pro tuenda & propugnanda juſta cauſa potius in ſe ſuſcipiat, quam animũ ullius hominis metu à juſticiæ curſu deflecti patiatur. Unde Syrach 4. v. 33. Ad mortem uſq; certa pro veritate, & Dominus Deus pugnabit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

pro te. Sed multi, ne in odium eorum, qui in Repub. principatum tenent, incurrant, conſiliarios Cambyſis imitantur: qui cum interrogarentur ab eo, an in ſua eſſe poteſtate exiſtimarent, ſororem ſuam in uxorem ducere, reſpondebant, licere regi quicquid vellet.

Hucuſque de virtutibus politicis, quas Joſephus cum alijs etiam, qui extra eccleſiam fuerunt, communes habuit, dictum eſt: De ijs, quæ Chriſtianum eſſe eum in primis demonſtrant, nunc ſermo nobis inſtituendus eſt.

Primùm Joſephus Dei regnum expectaſſe dicitur, quo ſignificatur eum magno deſiderio audiendi & cognoſcendi ea, quæ à Chriſto de regno Dei æterno dicebantur, flagraſſe, & id unicè laboraſſe, ut fide in Chriſtum juſtificatus, regni cœleſtis particeps redderetur. Pietatem igitur omnes homines, maximè magiſtratus, ſectari & amore proſequi debent. Nam ex hoc uni-

co

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

co fonte omnis adminiſtrandi rempub. fœlicitas emanat.

Deinde in numero diſcipulorum Chriſti ponitur. Non autem in numero duodecim habendus. Illorum enim nomina certa & manifeſta ſunt. Quicunq; igitur magiſtratu aliquo funguntur, etiam dabunt operam, ut in numero diſcipulorum Chriſti eſſe poſsint, ita ut Chriſti cauſam fideliter agendam ſuſcipiant, verbi ejus præcones & miniſtros juvent & promoveant, & ad Dei cultum dilatandum omne ſuum ſtudium & diligentiam conferant. Sed, proh dolor, tanta & tam veſana eſt multorum malitia, etiam in ijs qui Chriſto nomina dederunt, ut omnem ſuam auctoritatem & poteſtatem ad verum Dei cultum impediendum, & ad Chriſti miniſtros affligendos, premendos & perdendos, convertant, cum tamen ab omnibus patroni eorum coli & ſalutari velint ac cupiant.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Quod autem occultum Chriſti diſcipulum fuiſſe eum memoriæ proditum ſit, ſilentio prætermittendum eſſe non duxi. Primùm enim hac re monemur, non ſtatim de ijs deſperandum, qui metu compulſi Chriſtum coram omnibus confiteri non audent. Deinde docemur Deum ſemper ſibi aliquos conſervare, etiam in ijs locis, ubi homines nullâ pietatis religioniſque veræ curâ tangi videntur, qui ipſum vero cultu & honore dignentur. 3. Reg. 19. v. 10. Rom. 11. v. 4. Tandem hæc vox omnes fidei imbecillitate laborantes conſolatur & confirmat. Oſtendit enim Deum quaſſatam arundinem non perfringere, nec fumigans ellychnium extinguere Eſa. 42. v. 3. Atq; hoc de Joſephi deſcriptione.

II. De ſecundo, videlicet de Joſephi petitione à Pilato, & Pilati, ſuper repentina Chriſti morte, admiratione.

1. Ex Joſepho petente â Pilato,

ut po-

ut poteſtatem auferendi corpus Chriſti è cruce ſibi faciat, duo diſcamus. Primò corpora eorum, qui magiſtratus judicio pœnâ afficiuntur, etiam poſt mortem in ejuſdem poteſtate manere, comprobatur. Deinde potentiam Dei in noſtra perfici infirmitate, manifeſtum efficitur. Diſcipuli enim omnes, qui anteà jurejurando confirmaverant ſeſe Chriſtum non deſerturos, fugâ ſibi conſuluerant: At diſcipulus occultus, omni metu & timore vel de vitâ, vel de bonis remoto & excuſſo, ut corpus Chriſti ſanctiſsimum exequijs & ſepulturâ honeſtâ careat, nefas eſſe ducit. Nemo igitur ob infirmitatem propriam animum abjicere debet. Infirmis enim ille, qui omnia manu ſuſtentat ſua, robur & fortitudinem conferre poteſt. Nemo rurſum ſibi ſuisve viribus nimium tribuere debet. Deo enim nos ſua manu non fulciente, robuſti & fortes facilè cadere poſſunt. Unde

Augu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Auguſtinus: Proni ſumus, inquit, ad malum, & ſi miſericordia Dei non teneret nos, in omne vitium poſſemus cadere, nec inde ſurgere, niſi miſericordia Dei ſubſequeretur, quæ nos ſublevaret. Hoc benè cognoſcebat David, cum oraret; Domine miſericordia tua ante oculos meos, quo me cuſtodiat, & miſericordia tua ſubſequetur me, quæ me erigat. Hanc cognitionem ſui habuit Abraham, cum diceret; pulvis & cinis ſum. Sicut enim pulvis ex quacunq; parte venti impellitur, & in aliam disjicitur, & ibi remanet: Sic homo in omne vitium cadere poteſt, nec adjiciat ut reſurgat, niſi miſericordia Dei ei ſubveniat. Cinis etiam eſt homo; Quia ſicut cinis non profert germen ex ſe, nec ſuſceptum ſemen germinat; Sic homo ex ſeipſo nec bonum facere, nec in aliquo bono perſeverare poteſt. Hæc ille.

2. Ex Pilati admiratione ſuper Chriſti morte, Chriſtum opinione

citi-

citius vitam cum morte commutaſſe liquet. Habet ergo is ſolus poteſtatem ponendi animam ſuam. Joan. 10. v. 17.

III. De tertio, videlicet de Joſephi & Nicodemi facto. Uterque proſequi exequias funeris Chriſti in animum induxit. Joſephus ergo ſindonem: Nicodemꝰ verò mixturam myrrhæ & aloës, quaſi libras centum, attulit. Atq; hac ratione ambo & charitatem erga Chriſtum vitâ defunctum, & ſpem de corporum reſurrectione in extremo judicij die, declarare voluerunt.

Primùm hi duo præſtantiſsimi viri nobis ſuo exemplo præeunt, ut non modo beneficia in vivos conferamus: ſed etiam mortalium vinculo exſolutos, quibuſlibet humanitatis officijs complectamur. Quicquid enim minimo fratrum Jeſu præſtiterimus, id ſibi ipſi Jeſus acceptum referet. Matth. 25. v. 40.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Perpetuis laudibus extollenda, & evehenda Tiberij ſecundi imperatoris erga egenos munificentia; Qui cum à conjuge ſua admoneretur, quod ærarium publicum in pauperes exhauriret, reſpondit: tam diu regio fiſco pecuniam non defuturam, quandiu pauperes eſſent eleemoſynam accepturi. Sed multi tam ferrei & inclementes ſunt, ut non modo nihil ad pauperum penuriam & inopiam ſublevandum ex ſuo ęrario erogent, ſed potius indies novas artes, quovis prætextu, rerum neceſſariarum penuriâ laborantes expilandi, & ad imas medullas exugendi, excogitent. De quibus vide Michæam cap. 3. verſu 3. 4.

Deinde morem illum honeſtè ſepeliendi ſuos, jam inde à mundi exordio, ſanctorum exemplis comprobari & confirmari, teſtantur. Nos itaq; eorum exemplo invitati ad exequias cohoneſtandas, non modo propter ſpem lætiſsimæ & glorio-

glorioſiſsimæ reſurrectionis corporum noſtrorum; Sed etiam quia demortui in Domino fuerunt Spiritus Sancti habitacula, & membra Jeſu Chriſti; Eruntq; Dei hæredes & Jeſu cohæredes; ſedulò convenire debemus.

In exequijs autem celebrandis, quid faciat ad ædificationem, habitâ ratione circumſtantiarum, videlicet, temporum, locorum & perſonarum, diligenter obſervare decet.

Primùm enim ut ſepultura ſit honeſta, pro cujuſq; perſonæ conditione, requiritur. Deinde, cavenda eſt omnis ſuperſtitio, ne ſcilicet ſepulturæ magnificentiam & ſuperſticioſos exequiarum ritus aliquid momenti habere ad animarum ſalutem promovendam, opinemur. Tertiò abeſſe quoq; omnis luxus & prodigalitas debet. Sed dolendum eſt morem hunc honeſtè ſuos terræ mandandi à gravitate Majorum ita

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

degeneraſſe, ut illa res, quæ vel ſo-
la animos à ſuperbia, luxu & omni prodigalitate avocare, & ad pietatem ac honeſtam ſimplicitatem & ſobrietatem incitare & imflammare deberet, in hæc ipſa vitia, illos quoq; qui Chriſtum profitentur, præcipitet; ita ut ne ſepulcra ipſa vel tantillum extremam noſtram amentiam reprimere & cohibere poſsint.

IV. De quarto, nempe de ſepultura Jeſu Chriſti.

Hìc plura notanda veniunt, videlicet. 1. Sepulcri deſcriptio. 2. Tempus, quo Chriſti corpus ſepultum fuit. 3. Ipſa Chriſti ſepultura ejuſq; uſus ſalutaris.

1. De primo, videlicet de ſepulcri Chriſti deſcriptione. Primùm locus, in quo ſepultus fuit Chriſtus, notatur, nempe in horto amæno. Horti itaq;, ut ſuprà quoq; monuimus, occaſionem cogitandi de lapſu primorum parentum, de morte, ſepultura & reſurrectione Chriſti,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

deq; aditu & januâ omnibus credentibus per Chriſti mortem & reſurrectionẽ in cœleſtem paradiſum patefactâ, nobis afferre debent.

Deinde poſſeſſor ſepulcri hujus exprimitur. Joſephus enim vendicabat ſibi hoc ſepulcrum. Alienum igitur monumentũ ſepulturæ Chriſti deſtinatum fuit, cujus rei cauſæ graviſsimæ piè excogitari & afferri poſſunt. 1. Prima cauſa fuit, ut vel hac ratione de cura Dei paternâ pro filio ſuo unigenito, nobis conſtaret. In cruce n. pendebat Chriſtus, quaſi à Deo & hominibus deſertus: Et tamen Dei ſpiritu Joſephus agitur, ut corpus ejus è cruce ſublatum honeſtè tegat, & in ſuo ſepulcro honorificè collocet.

Qua cogitatione contra paupertatis extremæ molem miſeri & abjecti homines ſe ſuſtentare debent. Deus enim extremâ neceſsitate cõſtrictos non derelinquit. 2. Se-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

cunda cauſa fuit, ut Chriſtum pro aliorum ſalute mortem oppetijſſe, adumbraretur. Ponitur, inquit Auguſtinus, in aliena ſepultura quia pro aliorum ſalute moriebatur; & quid ei propria ſepultura, qui in ſe mortem non habebat propriam? Et quid illi tumulus in terra, cujus ſedes manebat in cælis? 3. Tertia cauſa hæc fuit, ut Chriſtus aliena ſepulcra, hoc eſt, noſtra ſanctificaret, & ab omni ignominia vindicaret. Ut enim aſſumpſit noſtram carnem, noſtram miſeriam, & noſtram mortem, ut nos à morte & miſeria æterna eriperet, ac ad æternam gloriam transferret; Ita placuit ei in noſtram venire ſepulturam, & ex illa ad vitam æternam prodire, ut illam ad gloriam nunquam morituram ſanctificaret. 4. Deniq; in Joſephi ſepulcro conditus eſt Chriſtus, ut ejus ſepulturam ſolis ijs, qui inter Chriſti diſcipulos nomen profitentur ſuum, & regnum Dei exſpectant,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ctant, ad æternam ſalutem profuturam ſignificaretur.

Tertiò ſepulcrum novum fuiſſe refertur, in quo anteà nemo conditus fuit; idq; ut omnibus liquidò conſtaret, neminem alium quam Jeſum crucifixum ex hoc monumento reſurrexiſſe.

In novo quoq; ſepulcro Chriſtus poni voluit, propter myſterium novi cordis, id eſt, renovati per ſpiritum Dei, in quo recondi delectatur. Nam in ſepulcro cordium eorum, qui carnis concupiſcentijs ſeſe ita manciparunt & addixerunt, ut ipſi ſoli recipiendo non pateant, Chriſtus quieſcere nequit.

Sic ſindone mundâ corp9 Chriſti obligatum involutumq; fuit, & aromate delibutum, ut eum mente pura, virtutibus bene olentibus condita, delectari, oſtenderetur.

2. De ſecundo, videlicet, de tempore, quo Chriſtus ſepulturæ loco mandatus fuit. Initio Sabbati

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Chriſti corpus in ſepulcro condi-
tum fuit. Ut enim Deus pater, crea-
tionis opere abſoluto & perfecto,
quievit, Gen. 2. v. 2. Ita filius Dei,
munere redemptionis in ara crucis
peracto, initio ſabbathi in ſepulcro
condi voluit, ut toto Sabbathi die
quieſceret, & poſteà tertio diè à
mortuis gloriosè reſurgeret. Ut au-
tem Chriſtus caput electorum, ini-
tio Sabbathi, id eſt, circa veſperam
diei hebdomadis ſexti, primo quie-
tem à laboribus & moleſtijs, qui-
bus pro peccatis noſtris expiandis
totius vitæ curriculo expoſitus fu-
it, invenit; ſeptimum diem inte-
grum in ſepulcro egit; & octavo
die ad futuram gloriam occupan-
dam excitatus eſt:

Ita nulla à laboribus & moleſti-
js exſpectanda eſt nobis quies, an-
tequàm corpora noſtra in ſepulcris
& dormitorijs ſuis quieti traden-
tur, ex quibus ad immortalem glo-
riam revocabuntur. 1. Cor. 15. v.
42. Quâ conſolatione contra vitæ
hujus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

hujus labores & moleſtias, animum noſtrum lenire, mitigare & confirmare debemus.

3. De tertio, nempe de JEſu Chriſti ſepultura ejuſque ſalutari uſu & applicatione. Nicodemus & Joſephus Jeſum ſindone involutum, & myrrha ac aloë conditum honorificè terræ mandarunt, atque ſaxo ingenti admonumenti oſtium advoluto, diſceſſerunt. Quod ita fieri divina providentia voluit & ad majorem mortis & reſurrectionis Chriſti certitudinem, & ad tollendam fraudis ac ſublati corporis ejus ſuſpicionem. Nos igitur in quibus ſalutaris ſepulturæ Chriſti uſus conſiſtat, inquiramus.

Primùm, Chriſti ſepultura docet prophetias, de quibus Pſal. 16. v. 9. Caro mea requieſcet in ſpe: Et Eſa. 53. verſu 9. perfectas eſſe: adeoque typum Jonæ, quem

ipſe Chriſtus ſibi applicat, Matth. 12. v. 39. impletum.

Deinde de veteri homine mortificando & novo induendo nos admonet. Cum enim in Chriſto & per Chriſtũ peccata noſtra ſepulta ſint, iniquum eſſe ducamus, ut ea deintegrò effodiamus, Rom. 6. verſ. 4. Si mortui ſumus peccato, quomodo vivemus in eo? An neſcitis quod quicunq; baptizati ſumus in Chriſtum Jeſum, in mortem ejus baptizati ſumus? Sepulti igitur unà cum illo per baptiſmum in mortem, ut quemadmodũ excitatus eſt à mortuis per gloriam patris: Ita & nos in novitate vitæ ambulemus.

Tertiò & ultimò Chriſti ſepultura maximam in ſe conſolationem habet. Primùm enim metum exhorrendâ ſepulcrorum ſpecie conceptum, levat & adimit: qui vel maximè inde naſcitur, quod ſepultura ſit pars pœnæ irrogatæ Adamo & ejus poſteris, juxta dictum Gen. 3. v. 19. Pulvis es & in pulverem redibis:

dibis: & ſimul ſit quaſi mortis carcer, quo corpora propter peccatum ad extremum Jeſu adventum, detineri debeant. Hoc, inquam, metu nos ſeria ſepulturæ Chriſti meditatio liberat. Nam Chriſtus Jeſus noſtra ſepulcra ſanctificavit, & ab omni ignominia vindicavit, ut jam non amplius ſint fœda cadaverum receptacula, aut loca immunda, quæ carceris inſtar corporibus noſtris detinendis deſtinata ſint; ſed glorioſa filiorum Dei cubilia, in quæ Deus, tanquam optimus parens, corpora fidelium ad quietem deducit, eadem ad cœleſtem hæreditatem in extremo die occupandam, excitaturus. Eſa. 57. v. 2. Ingredientur in pace, requieſcent in cubilibus ſuis, qui ambulaverunt coram eo. Danielis 12. v. 2. in ſepulcris electi dormire dicuntur. Ambroſius: Sepultura Chriſti, inquit, quid eſt aliud niſi requies Chriſtiani? Hac igitur conſolatio-

ne contra terribilem ſepulcrorum, imo etiam ipſius mortis, imaginem, uti debemus. Ut enim Chriſtus noſtra ſepulcra ſuâ ſanctificavit ſepulturâ: Sic mors ipſa nos innumeris hujus mundi ærumnis & calamitatibus eximit, & à laboribus ad requiem deducit. Deinde hæc eadem conſolatio ex Chriſti ſepultura decerpta, contra peccatorum noſtrorum turpitudinem, quæ nos a conſpectu Dei ad inferos detrudere & deturbare poſſent, nos ſuſtentare debet. Chriſtus enim omnia peccata noſtra ſecum ſepelivit, ne unquā in conſpectum Dei venirent. Nam ut ipſe noſtra peccata in ſuo pertulit corpore ſuper lignum. 1. Pet. 2. v. 24. Sic quoq; noſtra peccata in ſepulcrum ſecum intulit, ne ea nos à Dei conſpectu arcere poſſent. Quoties igitur diabolus conſcientiæ noſtræ vulnera, vulneribus Chriſti obducta, refricare nititur, ad Chriſti ſepulcrum deducendus eſt, in quo ſordes noſtræ abditæ latent,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ut in oculos Dei ad nos damnandos, nullo modo incurrere poſsint. Ut enim tum primùm maris furor ac ventorum rabies ſedata fuit, ubi Jonas in mare ejectus in ceti ventre delituit: Sic etiam, Chriſto in ſepulcro clauſo, ira Dei mitigata & abolita eſt. Tandem ſalutaris ſepulturæ Chriſti meditatio terrorem & metum, ex mortis horrenda imagine, in cordibus noſtris concitatum, repellit. Ut enim imperator, qui hoſtibus ſuperior evaſit, eos intra vallum uſq; penitus perdendos & delendos perſequitur: Sic Chriſtus Jeſus ſuum & noſtrum hoſtem, morſus ſuum & noſtrum hoſtem, mortem videlicet, in ſepulcrum inſectatur, ut mors non modo nullum detrimentum credentibus inferre poſsit, ſed & dum perimere videtur, ad vitam æternam aditum præbeat. Johann. 5. verſu 24. Quis igitur intrepidè cum Paulo non exclamet: Cupio diſſol-

diſſolvi & eſſe cum Chriſto? Phil. 1. v. 23.

De ſecunda parte.

Erat autem ibi Maria Magdalene, &c.

In mulieribus è regione ſepulcri Chriſti ſedentibus, pulcherrimæ elucent virtutes, videlicet. 1. Dilectio erga demortuum Chriſtum. 2. Spes reſurrectionis in extremo die, quam niſi in corde aluiſſent, de Chriſti corpore unguentis ungendo, nunquam cogitatio animum illarum ſubijſſet. 3. Perſeverantia ad finem uſq; & animi magnitudo laude digniſsima. 4. Pietas in Sabbato ſervando, quod tam ſanctè colendum ſtatuunt, ut ne quidem officio charitatis, ipſi Chriſto exhibendo, vacandum ducant.

De tertia parte.

Conſiderentur hac parte ultimâ. 1. Poſtulatio Judæorum à Pilato. 2. Conceſsio Pilati. 3. Judæorum factum.

1. De

1. De primo, videlicet, de Judæorum poſtulatione à Pilato.

Tria hîc enucleanda viciſsim offeruntur. Primùm tempus quo hæc geſta ſunt, ſignificatur. Poſterâ enim die, quæ ſequitur paraſceven, conveniſſe dicuntur. Ubi obſervandum venit Phariſæos, qui aliquoties anteà vitio dederũt Chriſto, quod ægrotum ſanitati in die Sabbati reſtituerit, Matth. 12. ver. 10. 11. &c. nunc confidenter illud violare; idque ut Dei decreto, de Chriſto reſuſcitando à mortuis, impedimentum afferre poſsint. Ita impios ne Sabbati quidem reverentia ab impietate abſtrahit. Deinde perſonæ exprimuntur. Convenerunt enim ipſi principes ſacerdotũ & Phariſæi, ut Pilatum adirent gratiâ impetrandi veniam ab eo ad obſignandum & communiendũ Chriſti ſepulcrum. Unde docemur eos qui ſanctiſsimi haberi volunt, in primis Satanæ ſuam collocare operam,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

ram, ut gloriam Dei, quantum quidem in ipſis ſitum eſt, ſupprimere & hominum ſaluti officere poſsint. Tertiò Judæorũ poſtulatum ipſum indicatur, in quo itidem tria perpendenda occurrunt. Primùm debitam reverentiam Pilato præſtant, dominum appellantes eum, quo nobis exemplum imitandum proponunt, ut magiſtratum honore debito afficere diſcamus. Deinde ut vel hac ratione ſibi ad poſtulata impetranda viam patefaciant, blaſphemiam & putidiſsima In Chriſtũ mendacia evomunt. Si enim Chriſtus revera impoſtor fuit, quemadmodum illi calumniabantur, cur, ne reſurgat, tantoperè verentur? Judæi ergo induratorum veram repræſentant effigiem quã malleo verbi divini franguntur, nec beneficiorum cumulo eminentur, nec dulciſſimis promiſsionibus flectuntur, nec miraculis ullis commoventur, ut ſeriò & ex animo reſipiſcant; ſed in malitia, non timentes mortem,

nec

nec formidantes Dei judicium, nec metuentes æternum inferni cruciatum, ſecuri perſiſtunt. Tertiò petunt à Pilato, ut is pro ſua auctoritate ſepulcrum Chriſti cõmuniri jubeat, ne ſcilicet Diſcipuli ejus venientes clam corpus ejus furentur, & poſteà de ejus reſurrectione à mortuis falſos rumores ſpargãt & diſſeminent. Phariſæi & ſcribæ metuentes ne reſurgat Chriſtus, ſunt imago impij mundi, qui factâ mentione de corporũ reſurrectione, deq; Jeſu extremo adventu, tota mente totoq; corpore contremiſcit. Quod igitur fidelibus maximam contra omnes calamitates & terrores affert conſolationẽ: Illud impijs multiplicẽ terrorem & metum injicit. Quartò & ultimò prophetiam de ſeipſis ignorãtes edunt, quod videlicet noviſſimus error priore ſit futurus pejor, ſi Chri. reſurrectio cõprobata fuerit. Et verè facta ſunt obſtinatis Judæis poſteriora primis pejora, id quod Jeruſo-

ruſolymæ interitus acerbiſsimus ſatis teſtatum facit.

II. De ſecundo, nempe de Pilato concedente illis veniam communiendi ſepulcrum Chriſti. Habetis, inquit, cuſtodiam, ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Providentia Dei mirificè hîc elucet & conſpicitur. Ideo enim Deus animum Pilati movit, ut tanta facilitate illorum poſtulationi concederet, ut poſteà reſurrectio Chriſti illuſtrior & manifeſtior redderetur.

III. De tertio, videlicet, de Judæorum facto. Phariſæi impetratâ & acceptâ à Pilato veniâ, maturantes ſepulcrum Chriſti munierunt, lapidemq; ſepulcro obvolutum obſignarunt, cuſtodes, qui ejus reſurrectionem impedirent, adhibentes. Phariſæorum conatum ſi conſideres, eos in hoc omnes contendiſſe nervos videbis, ut Chriſti prædictioni de ſua reſurrectione omnem fidem detrahentes & derogantes, gloriam ejus obſcurarent & diluerent:

rent:

rent: At ſi animum in Dei providentiam intendas, impium illorum conatum ejus gloriæ illuſtrandæ, & reſurrectioni Chriſti confirmandæ & comprobandæ ſerviiſſe, apparebit. Solet enim Deus non modo callida impiorum conſilia infringere; ſed etiam alienæ prudentię opus arripere, ut ſuum exequatur decretum. Hujus rei teſtimonium & exemplar in Joſepho habemus, de quo ita Gregorius Magnus: Joſeph, inquit, ideo à fratribus venditus fuerat, ne adoraretur, ſed ideo eſt adoratus, quia venditus. Aſtutè enim aliquid agere auſi ſunt, ut Dei conſilium mutaretur; ſed divino judicio, quod declinare conati ſunt, renitendo ſervierunt; & inde coacti ſunt Dei voluntatem peragere, unde hanc aſtutè moliti ſunt commutare. Sic divinum conſilium dum devitatur, impletur; ſic humnna ſapientia dum reluctatur, comprehenditur. Timuerunt fratres, ne ſu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

per eos Joſeph excreſceret, ſed hoc quod divinitus diſpoſitum fuerat, cavendo factum eſt, ut eveniret. Hæc ille. Atque hoc de ultimo exinanitionis Chriſti gradu. Tu autem æterne Deus, largire nobis per filium tuum unigenitum, D. N. J. C. Ut meriti ejuſdem participes facti, tandem cum omnibus electis ex ſepulcris noſtris ad gloriam nunquã finiendam, læti prodeamus, Amen, Amen.

FINIS.

Soli Deo gloria.

MEN-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

MENDA GRAVIORA,
quæ irrepſerunt, ſic tol-
lenda.

PAgina 10. Facie 2. Linea 4. pro atqui lege atq;. Pagina 12. facie 1. lin. 1. pro odiſtis lege odiſti. p. 16. f. 1. l. penult. pro quid lege quòd. Eadem pag. f. 2. l. 1. pro inſpicis lege inſpice. Ibidem l. 14. pro pro exemplo lege quo exempl. Ibidem l. 24. pro diu lege duo. P. 17. f. 1. l. 16. pro diſsipatioue l. diſsipatione. P. 19. f. 1. l. ultima: potentia prædi-ti) ſequentia verba deſiderantur: nos contrà debiles & infirmi: illi calidi; nos &c. P. 20. f. 2. l. 4. pro faſtoſorum lege faſtuoſorum. P. 22. f. 2. l. 4. pro qualis lege quales. Ibid. l. 14. pro filii lege filiæ. P. 31. f. 1. l. 2. pro verba lege verbo. P. eadem f. 2. l. 8. pro leonem lege leonum. P. 37. f. 1. l. 17. pro cauſum lege cauſam. P. 39. f. 2. l. 6. pro æterna lege æterno. P. 45. f. 2. l. 14. pro laqueas lege laqueos. Ibidem l. 16. & 17.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

pro cudiditatum lege cupiditatum. P. 62. f. 1. l. 22. pro diindicanda lege dijudicanda. Pag. 72. f. 1. l. 12. pro revereutia lege reverentia. Pa. 77. f. 1. l. 13. pro confirmarent lege conformarent. P. 83. f. 2. l. 7. pro coſq; ab injur. lege eaq; ab injuria. P. 85. f. 2. l. 13. pro efficiaciſsima lege efficaciſsima. P. 86. f. 1. l. 19. pro quod lege quot. P. 87. f. 2. l. 12. ita legendum: eumquè tanquam ignominioſum & in nomen Dei blaſphemum deturpant. P. 96. f. 2. l. 9. pro affecta lege affectata. P. 101. f. 1. l. 15. & 16. pro extat lege excitat. P. 102. f. 2. l. 4. pro derigere lege dirigere. P. 113. f. 2. l. 10. pro qui lege quæ. P. 114. f. 1. l. 14. & 15. pro ipſo lege ipſos. P. 124. f. 2. l. 5. pro divitare lege devitare. P. 125. f. 2. l. 4. pro afficiantur lege afficiuntur. P. 133. f. 2. l. 19. pro immobile lege mobile. P. 135. f. 1. l. 15. pro dublicæ lege publicæ. P. 137. f. 1. l. 10. pro tantem lege tandem. Ibid. f. 2. l. 11. lege impiæ. P. 138. f.

1. l. 2.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

1. l. 2. pro inſingulari lege ſingulari. Ibidem l. 8. pro conſpiratoribus lege conſpiratis, vel conjuratis. Ibid. f. 2. l. 10. lege obnoxios eſſe viros. P. 149. f. 2. l. 2. pro flammit, lege flammis. P. 150. f. 1. l. 17. lege dictoq; audientes. P. 152. f. 1. l. 16. pro Siſamnis lege Siſamnes. P. 166. f. 1. l. 13. pro loco lege loca. P. 168. f. 1. l. 21. pro montis lege mortis. P. 177. f. 1. l. 4. & 5. pro exſpectant lege exſpectantes. P. 179. f. 2. l. 18. pro Chriſti lege Chriſto. P. 183. f. 2. l. 2. pro exſerunt lege exerunt. P. 201. f. 1. l. 20. pro proſecuti lege proſecutæ. Ibid. f. 2. l. 1. pro ſuppetit lege ſuppeditat. P. 204. f. 1. l. 20. pro dirideri lege derideri. P. 205. f. 2. l. 2. pro quia lege qui. P. 223. f. 2. l. 20. pro quam lege qui nec. Ibid. l. 22. pro eminentur lege emolliuntur.

Reliqua, quæ paſsim occurrunt, ut natâ & oblatâ occaſione, tollantur, operam dabimus: interim benevo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

nevolum lectorem, ut ea propriâ diligentia corrigere non gravetur, demiſsè rogamus.

DE HUMANI GENERIS lapſu, & Reparatione, Epigramma.

Heu quantas clades, mala quot, quantoſq; labores
Humano generi primorum noxa parentum
Attulit: antiqui quos fraus inimica draconis
Arboris auderent vetitæ ut contingere fructus
Impulit: utq; Dei violarent inclyta iura.
Crimen ob hoc lætis Paradiſi excedere iuſſi
Finibus, exilii varios ſenſere dolores:
Mortis & imperio, cum poſteritate nepotum
Subiecti tota, ſolitum amiſere nitorem
Iuſticiæ: & Stygio facti nova præda tyranno,
Perpetuis flammis cruciandą, Orciq; catenis.
Ecce autem ſummi de vertice miſſus Olympi
Auxilium ut ferret miſeris, lapſoſq; levaret
Filius ipſe Dei, caſta de virginę noſtram
Aſſumpſit carnem: & factus dilecta parenti
Victima dilecto, ſancta nos morte redemit
Ignibus a diris inferni, & carcere fœdo.
Omne etiam mundi crimen fortiſsimus Heros
Tranſtulit in ſeſe: ut credentes ſanguine ſacro
Purgatos vitiis cœleſti ornaret honore.
Talia cum præſens exponat rite libellus,
Mente etiam grata pietas iubet eſſe legendum.

IOHANNES SEVERINUS Paludanus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

a propriâ
gravetur,

GENERIS
one, Epi.

(bores
quot, quantoſq; la-
um noxa parentum
inimica draconis
contingere fructus
inclyta iura,
adiſi excedere iuſſi
e dolores:
ſteritate nepotum
iſere nitorem
ova præda tyranno,
a, Orciq; catenis,
rtice miſſus Olympi
lapſoſq; levaret
rgine noſtram
us dilecta parenti
s morte redemit
arcere fœdo,
fortiſsimus Heros
tes ſanguine ſacro
ret honore.
t rite libellus,
et eſſe legendum.

SEVERI
aludanus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1003 8° copy 1